linea.a.c.in puncto.c.⁊ ꝓtrahã linea.c.e.⁊ q̃ triangulus.e.b.c.ẽ equalis triangulo.a.b.c.p.37.⁊ triangul⁹.d b.c.posit⁹ ẽ equalis triangulo.a.b.c.erit triangul⁹.d.b.c.eq̃lis triangulo.e.b.c.pars toti qd̃ est impossibile. Nõ igit̃ ꝓtransibit lineaq̃ a puncto a ducit̃ equidistanter.b.c.supra.d.transeat ergo infra ⁊ sit.a.f.secãs lineã d.b.in puncto.f.ꝓtrahã ergo lineam.f.c.⁊ q̃ per.37.triangulus.f.b.c.est equalis triangulo.a.b.c.ipse etiã erit equalis triangulo.d.b.c.pars toti qd̃ est impossibile Quia ergo linea a puncto.a.equidistanter.b.c.nõ transit nisi per punctum .d .p3 propositum. Ex hac aũt ⁊ premissa nota q̃ si aliqua linea recta duo alicui⁹ trianguli latera per equa secet vel secuerit ipsa erit tertio equidistãs qd̃ sic probatur. Sit triangulus.a.b.c.cuius duo latera que sunt.a.b.⁊.b.c.secet lineã.d.e. ꝑ equalia.a.b.quod in puncto.d.⁊.b.c.in puncto.e.dico q̃ linea.d.e.ẽ equidistans. a.c. protraham enim in quadrilatero.a.c.e.d.diametros.a.e.⁊.d.c.eritq3 per.38.triangulus.a.e.d.equalis triangulo.d.e.b.propter id qd̃ linea.a.d.posita est equalis linee.d.b.itẽq3 per eandem triangulus.c.e.d.erit equalis idẽ triangulo .d.e.b. propter id qd̃ linea.c.e.posita ẽ equalis linee.e.b.q̃ triangulus.a.e.d. est equalis triangulo.c.e.d.quia ergo ipsi sunt constituti super eandem basim videlicet lineã e.d.⁊ ex eadem parte ipsi erunt per hanc.39.inter lineas equidistantes ergo linea d.e.est equidistans linee.a.c .quod quidem propositum ad quintam quarti tibi valebit.

Propositio 40.

Si duo trianguli equales super equales bases vnius eiusdemq3 linee ex eadem parte fuerint cõstituti eos inter duas lineas equidistantes necesse est contineri.

Sint duo trianguli.a.b.c.d.e.f.equales ꝓstituti sup̃ duas bases q̃ sunt.b.c.⁊.e.f.⁊ ex eadem ꝑte dico eos esse inter duas lineas equidistantes ⁊ hec est cõuersa.38.⁊ probat̃ ꝑ ipsam sicut precedens per.37.a puncto.a: ducat̃ linea equidistans linee.b.f.que si transierit per punctũ.d.patet propositum Sin autem pertransierit supra vt.a.g.⁊ producatur.e.d.vsq3 ad ipsum que sit.e.g.⁊ ducatur linea.g.f.eritq3 per.38.triangulus.a .b.c.equalis triãgulo.g.e. f.quare ⁊ triangulus.d.e.f.erit equalis triangulo.g.e.f.pars toti quod est impossibile. Non ergo transibit supra:transeat ergo infra.⁊ secet lineã.d.e.in puncto.b.⁊ ducatur linea.f.b.eritq3 per.38.triangulus.b .e. f.equalis triangulo .a.b.c. quare ⁊ triangulo.d.e.f.pars toti quod est impossibile.quia ergo nõ transibit nisi per punctum.d.patet propositum.

Propositio .41.

Si paralellogramum triangulusq3 in eadẽ basi atq3 ĩ eisdẽ alternis lineis fuerint constituta paralellogramũ triangulo duplum esse conueniet.

Sit palellogramũ.a.b.c.d.⁊ triangulus.e.b.d.sup̃ basiꝫ. b.d.⁊ inter lineas.a.c.⁊.b.d.q̃ sint equidistantes:dico ꝑalellogramũ duplũ cẽ triangulo: ꝓtrahã in palellogramo diametꝫ.a.d.eritq3 triangulus.a.b.d.dimidiũ ꝑalellogrami ꝑ concl̃.34.⁊ q̃ triangulus.e.b.d.ẽ eq̃lis triangulo.a.b.d.ꝑ.37 patet triangulũ.e.b.d.esse dimidiũ ꝑalellogrami.a.b.c.d.qd̃ ẽ ꝓpositũ Sil̃r quoq3 põt probari q̃ si ꝑalellogramũ triangulusq3 inequalibus basibus atq3 iter lineas equidistantes fuerint ꝓstituta ꝑalellogramũ.duplũ erit triãgulo:qd̃ iõ nõ posuit euclides q̃ leuit̃ p3 ex hac ꝑcedente concl̃.⁊.38.diuiso ꝑalellogramo per diametꝫ in duos triangulos.vel super basim paralellogrami iter easdẽ lineas equidistãtes

triangulo cõstituto ad quẽ duplũ erit paralellogramũ per hanc precedentẽ ⁊ ipse equalis alteri triangulo per.38.

Propositio .42.

Equidistantium laterum superficiẽ designare cuius angulus sit angulo assignato equalis. ipsa vero superficies triangulo assignato equalis.

Sit assignatus angulus.a.⁊ assignatus triangul⁹.b.c.d. volo describere supficiẽ equidistantium laterũ equalem triangulo .b.c.d.cuius vterqꝫ duoꝝ angulorum contra se positoꝝ sit equalis.a. diuido basim.c.d.per dimidiũ in puncto.e.⁊ protrabo lineã.b.e.⁊ a puncto.b. duco.b.f. equidistantem c.d.eritqꝫ per.38.triangulus.b.e.d.equalis triangulo.b.e.c.quare triangulus.b.e d.est dimidiũ totalis trianguli.b.c.d.igitur super punctũ.e.linee.d.c.constituo angulum.d.e.g.equalem angulo.a.⁊ perficio paralellogramũ.g. e.d.f. quod etiã qꝫ per precedentẽ ẽ duplũ ad triangulũ.b.c.d.erit etiã equale triangulo.b.c. d.p hãc cõem scienciam:quoꝝ dimidia sunt equalia ipsa quoqꝫ sunt equalia . est cui triangulus.b.e.d.vtriusqꝫ dimidiũ quare descripsimus palellogramũ. g.e .d.f. equale triangulo.b.c.d.cuius vterqꝫ duoꝝ anguloꝝ.g.e.d.⁊.d.f.g.cõtrase positorum est eqlis angulo.a.quod fuit propositum.



Propositio .43.

Omnis paralellogrami spacij eorum que circa diametrũ sunt palellogramoꝝ supplementa equa sibi inuicẽ esse necesse est.

Sit paralellogramũ.a.b.c.d.in quo protrabam diametrum.b.c. ⁊ protrabam.e.f.equidistantẽ vterqꝫ duoꝝ lateꝝ.a.b.⁊.c.d.que secet diametrum in puncto.k.a quo ducã.k.g.equidistantest vtriqꝫ duoꝝ laterũ.a. c.⁊.b.d.⁊ producã eam quousqꝫ secet vtrũqꝫ lat⁹.a.b ⁊.c.d.sitqꝫ tota.g.k.b .erit qꝫ totum palellogramũ.a.b.c.d.diuisum in quatuor palellograma quoꝝ duo scꝫ.e c.k.b.⁊.g .k.b.f. dicunt consistere circa .c.b.qꝑ diametrum transit per medium eorum et ideo sunt circa diametrum :reliqua duo scilicet .a.e.g.k.⁊.k.b.f.d.dicũt supplemẽta hec duo supplementa dicunt eẽ equalia.sunt cui duo trianguli.a. b.c.⁊.c.d.b.equales p corol'.34.sil'r quoqꝫ duo trianguli.g.k.b.⁊.f.k.b.sũt equales per idẽ corol'.34.At duo trianguli.c.c.k.⁊.k.b.c.sil'r equales p idẽ corollariuꝫ demptis igitur duobus triangulis.b.g.k.⁊.k.c.c.de totali triãgulo.a.b.c.ac duobus triangulis reliquis.b.f.k.⁊.k.c.b.de totali triangulo reliquo.c.d.b. erunt per cõem sciam residua:que sunt duo dicta supplemẽta equalia:quod est propositum.



Propositio .44.

Proposita linea recta sup eam supficiẽ equidistantiũ laterum cuius angulus sit angulo assignato equalis ipsa vero superficies triangulo assignato equalis designare.

Designare superficiẽ equidistantiũ lateꝝ super lineã aliquã ẽ lineã ipsã facere latus vnũ ipsi⁹ supficici .Sit ergo data linea.a.b.⁊ dat⁹ angulus.c.⁊ datus triangulus.d.e.f.super lineã.a.b.volo designare supficiẽ vnã equidistantiũ lateꝝ ita qꝑ linea.a.b.sit vnũ ex lateribus eius cuius vterqꝫ duorum angulorum contra se positorum sit equalis angulo.c.⁊ ipsa totalis supficies sit eqlis triangulo .d.e.f.differt autem hec a.47.qꝫ hic dat latus vnius supficici deseri/bende scꝫ linea.a.b. ibi autem nullum.cũ ergo voluero facere adiungo lineam.a.g









lince .a.b.ſm rectitudinem:quã pono equalem lince.e.f. baſi trianguli dati ſuper quã cõſtituo triangulũ vnũ ei eq̃lẽ ⁊ equilaterũ.qõ hoc modo facio. Conſtituo ãgu um.a.g.k.equalem angulo.e.⁊ ngulum.g.a.k.equalem angulo.f.per.23.⁊ quia g.a.poſita fuerat equalis.e.f.erit per.26.triangulus.g.a .k. equalis ⁊ equilaterus triangulo.e.f.d.diuidã ergo.g.a.per equalia in puncto.b.⁊ ꝓtrabã.k.b. ⁊ producam a puncto.k.lineã .m.k.n. equidiſtantẽ lince.g.b.eritq3 per.38.triangul⁹.a.b k.equalis triangulo.g.b.k.tunc ſuper punctũ.a.lince.g.a.faciã angulum.g.a.l.ꝑ 23. equalem angulo.e.dato:⁊ conplebo ſup baſim.a.b.⁊ inter lineas.g.b.⁊.m.n. equidiſtantes ſuperficiem equidiſtantiu3 laterum.m.l.b.a.que ꝑ.41.dupla erit ad triangulũ.k.b.a quare equalis totali triangulo.k.g.a.quare ⁊ triangulo.d.e.f.ꝑ/ poſito:protrabam ergo.b.n.equidiſtantẽ.a.l.⁊ producã diametrum. n.a.quã ꝓ/ trabã quouſq3 cõcurrat cũ.m.b.in puncto.o.⁊ cõplebo ſuperficiem equidiſtãtium laterum .m.o.n.q.⁊ protrabam.l.a.vſq3 ad.p.eritq3 per precedentẽ ſupplementũ a.b.p.q. equale ſupplemento.m.l.b.a.quare ⁊ triangulo.d.e.f.⁊ qꝝ per.15.angu/ lus .l.a.b.ẽ equalis angulo.b.a.p.⁊ ideo angulus.b.a.p.eſt equalis angulo.c. p3 ſuper datam lineã .a.b.deſcriptã eſſe ſuperficiem equidiſtantiũ laterum.a.b.p.q. equalem dato triangulo.d.e.f.cuius vterq3 duorum angulorum contra ſe poſito/ rum qui ſunt.a.⁊.q.ẽ equalis dato angulo.c.quod fuit propoſitum.

Propoſitio .45.

X data linea quadratum deſcribere.

Sit data linea .a.b. ex qua volo q̃dratum deſcribere:a punctis.a ⁊.b.lince .a.b.educo ꝑ.vi.lineas.a.c.⁊.b.d.perpendiculares ad li/ neam.a.b.que erũt equidiſtantes per vltimã ꝑtem.28. ⁊ pono vtrã q3 eaꝝ eidem.a.b.per ſcõam equalem ⁊ protrabo lineam.c.d.eritq3 ipſa equalis et equidiſtans lince.a.b.per.33.⁊ quia vterq3 duorum angulorꝝ. a.⁊ b.eſt rectus.erit vterq3 duoꝝ.c.⁊.d.rectus per vltimã ꝑtem.29.ergo per diffiniti/ onem.a.b.c.d.ẽ quadratum quod eſt propoſitũ. Idem aliter ſit.a.c. perpendicu/ laris ſuper lineam.ab.per.11.⁊ ſit ei equalis vt prius ⁊ a puncto.c.per.31. ducatur c.d.equidiſtans.a.b.⁊ ponatur equalis ei ⁊ ducatur linea.d.b.que per.33.erit eq̃/ lis ⁊ equidiſtans .a.c.⁊ omnes anguli recti per vltimã ꝑtem.29.quare per diffiniti onem habemus propoſitum.

Propoſitio .46.

IN omni triangulo rectangulo quadratum qõ a latere re cto angulo oppoſito in ſemetipſo ducto deſcribit equũ ẽ duobus quadratis que ex duob⁹ reliquis lateribus con/ ſcribuntur.

Sit triangulus.a.b.c.cuius angulus.a.ſit rectus dico ꝙ quadra/ tũ lateris .b.c.equũ ẽ quadrato.a.b.⁊ quadrato.a.c.ſit ſumptis. Quadrabo g̃ hec tria latera ſm doctrinã ꝑcedentis:ſitq3 q̃dratũ.b.c.ſuꝑficies.b.c.d.e.⁊ q̃dratũ.b. a.ſuꝑficies .b.f.g.a.⁊ q̃dratũ.a.c.ſuꝑficies.a.c.h.k.ab ãgulo.a.recto ducã ad baſ iz.d.c. baſiz maximi q̃drati tres lineas .ſ.a.l eq̃diſtãtẽ vtriq3 lateri.b.d.⁊.c.e.q̃ ſe cet.b.c i pũcto.m.⁊ ꝓthemiſas.a.d.⁊.a.e.itẽq3 a duob⁹ reliq̃s ãglis triãgli q̃ ſũt b.⁊.c.ducã ad duos angl'os duoꝝ q̃dratoꝝ mioꝝ duas liẽas ſe inſecãtes itra ipſũ

triangulū que ſunt.b.k.⁊.c.f.⁊ q: vterq; duoꝝ angulorum.b.a.c.⁊.b.a.g.eſt rect⁹ per.14.erit.g.c.linea vna: cadē rōne erit.b.h.linea vna.q: vterq; duoꝝ augulorū c.a.b.⁊.c.a.h.eſt rectus:quia ergo ſup baſim.b.f.⁊ inter duas lineas equidiſtan/tes q̄ ſunt.c.g.⁊.b.f.cōſtituta ſūt palellogramū .b.f.g.a.⁊ triāgul⁹.b.f.c.erit p.41: palellogramū.b.f.g.a.duplū triāgulo.b.f.c. ſ; triāgul⁹.b.f.c. ē eq̄lis triāgulo.b.a d.p.4.quia .f.b.⁊.b.c.latera primi ſunt equalia.a.b.⁊.b.d.lateribus poſtremi .et angulus.b.primi ē equalis āgulo.b.poſtremi.eo q̄ vterq; cōſtat ex angulo recto ⁊ angulo.a.b.c.communi.ergo palellogramū.b.f.g.a.eſt duplum ad triāgulu; .a.b.d ſed pallellogramū.b.d.l.m.eſt duplū ad eundē triangulū. p.41.q: cōſtituti ſūt ſup eandem baſim ſc;. b.d .⁊ inter lineas equidiſtantes que ſunt. b.d.⁊.a.l. ergo per cōmunē ſciam quadratū.a.b.f.g.⁊ palellogramū.b.d.l.m.ſunt equalia. q: eorum dimidia videlicet predicti trianguli ſunt equalia £odē mō ⁊ per eaſdē ꝓpoſitiōes mediantib⁹ triangulis.k.b.c.⁊.a.c.c.ꝓbabim⁹ q̄dratū.a.c.b.k.ē equale palello gramo.c.e.l.m.q̄re p; ꝓpoſitū.

Propoſitio .47.



Si qō ab vno trianguli latere in ſeipſū ducto ꝓducit̄:equū fuerit duobus quadratis q̄ a duobus reliquis laterib⁹ de ſcribuntur.rectus eſt angulus cui latus illud opponitur.

¶ Lineā in ſe ipſam ducere eſt eius quadratū deſcribere. ¶ Sit trian gulus.a.b.c.ſitq; quadratum lateris.a.c.equale quadratis duorum laterū.a.b.⁊.b.c.ſimul iunctis.dico angulū.b.cui latus.a.c.opponit̄ eſſe rectū:⁊ hec eſt cōuerſa prioris. ¶ A puncto.b.extrabo lineā.b.d.p. 11 .ꝓpendicularē ſuper lineam.b.c.quā pono equalem .a.b.⁊ produco lineam .d.c.eritq; per precedentē quadratum.d.c.equale duobus quadratis duarum linearum.d.b.⁊.b.c. ⁊ q:.b.d poſita eſt equalis.b.a.erunt per cōmunē ſcientiā que eſt linearū equaliū equalia eſ ſe quadrata:quadrata duarū lineaꝝ.a.b.⁊.b.d.equalia:quapropter erit quadra/tum.d.c.equale quadrato.a.c.ergo per aliam cōmunem ſciam que ē conuerſa pri oris ſc; lineas quaꝝ quadrata ſunt equalia eſſe equales:erit.d.c.equalis.a.c.qua/re p.s. angulus.b.triāguli.a.b.c.ē rectus qō ē ꝓpoſitū.

Propoſitio .48.



Propoſitis quibuſcunq; quadratis alteri illoꝝ gnomonē reliquo equalem deſcribere.

¶ Proponant̄ ergo duo quadrata ſc;.a.b.⁊.c.d.⁊ ſit propoſitū pro/ducere gnomonē circa.a.b.equalem.c.d.quadrato:protrahat̄ itaq; vnū latus quadrati.a.b.ad equalitatem vni⁹ lateris quadrati. c.d. in continuum ⁊ directum ⁊ ſit.f.e.ita q̄ .f.e.ſit equale vni laterū quadrati.c.d. ⁊ ex.e.ducā lineam rectā ad.a. ſit ergo triangul⁹ orthogoni⁹ quia.f.ē angul⁹ rectus arguat̄ ergo ꝑm penultimā primi ſic:q̄dratū.e.a.ē tm̄ quātū q̄dratū.c.f.⁊ q̄dratū f.a.ſed q̄dratū.c.f.ē eq̄le q̄drato.c.d.⁊ quadratū.f.a.eſt equale quadrato.a.b.er go quadratū.a.e.eſt equale quadratis.a.b.⁊.c.d. Item.c.f.a.eſt triangulus ergo e.f.⁊.f.a.latera ſunt longiora.a.e.latere.ſecūdū.20.primi.ſed.f.a.eſt equale:a.b. rōne quadrature:ergo.e.f.⁊.f.b.ſunt longiora.a.e.ergo illa totalis linea ſc; .e.b. eſt maior.a.e.reſecet̄ ergo .b.e.ad equalitatē.a.e.ad punctū.e.ita q̄.b.e.ſit equa le.a.e.ergo quadratum.b.e.eſt equale.quadrato.a.e. ſed quadratū.a.e. vt prius ꝓbatū fuit ē equale quadratis.a.b.⁊.c.d.ergo quadratū.b.e.ē equale eiſdem ſed quadratum.b.e.addit ſuper quadratum.a.b.gnomonē illū quē vides.ergo gno/

mo ille est quadrato.c.d.equalis.quod erat probandum. Explicit liber primus

Incipit liber secundus.



Omne paralellogramū rectāgulū sub duab⁹ lineis āgulū rectū ābiētib⁹ dicit ꝓtineri. ¶ Paralellogramū est supficies equidistātiū latex ¶ Paralellogramū rectangulū est habens omnes angulos rectos.ꝛ ꝓducit ex vno duorū latex eius ambientiū vnū ex suis angulis in reliquū. ꝛ ideo sub illis dicitur cōtineri.

Omnis paralellogrami spacij ea q̄dē q̄ diameter secat ꝑ mediū ꝑalellograma circa eandē diametx cōsistere dicunt. Eox vero paralellogramox que circa eandē diametrū consistūt quodlibet vnū cū supplementis duob⁹ gnomo noiat. ¶ Que paralellograma dicunt cōsistere circa diametx.ꝛ que sūt supplemēta: expositū est supra in demonstratione.43.primi. ¶ Sit enim paralellogramū.a.b.c.d. cuius diameter.a.d.diuidant due linee.e.f.g.h.ducte equidistanter: laterib⁹ oppositis dicti parallellogrami.secātes se sup diametx.a.d.in puncto .k. eritq3 ipsum paralellogramū diuisū in .4. parallellograma ꝛ vnūquodq3 duox paralellogramox que sunt.a.g.e.k.ꝛ.k.f.h.d.que diameter secat ꝑ medium dicitur consistere circa diametx. Reliqua duo que diameter nō secat dicunt supplemēta q̄ duo supplementa cū vtroq3 dictox paralellogramox cōsistentiū circa diametx cōponūt figurā quādā q̄ gnomo appellat cui deest ad cōplemētū ꝑalellogrami ꝑalellogramū vnū reliquū circa diametx cōsistēs: qō si addat supra diametx totalis cōpositi cōsistet.eritq3 simile totali. Unde ꝑalellogramū addito gnomone quāuis crescat minime tñ alterat.quēadmodum dixit Aristoteles in predicamentis.

Propositio .j.



Si fuerint due linee quarū vna in quodlibet partes diuidatur.illud q̄ ex ductu alterius in alteram fiet.equum erit his que ex ductu linee indiuise in vnāquāq3 partem linee particulatim diuise rectangula producentur.

¶ Lineā in aliam lineā ducere ē supra terminos vnius eax duas lineas orthogonaliter alij eq̄les erigere.ꝛ supficiē equidistātiū latex rectāgulū cōplere q̄ sub illis duab⁹ lineis per diffinitionem dicitur contineri. ¶ Sunt due linee.a.b. ꝛ.c.quax.vna sc3.a.b.in quodlibet ꝑtes diuidat que sint.a.d.ꝛ.d.e ꝛ.e.b.dico q̄ illud quod fit ex ductu.c.in totū.a.b. equū est illis paralellogramis rectangulis simul iunctis que fiūt.ex.c.i.a.d.ꝛ i.d.e.ꝛ in.e.b. ¶ Sup pūcta.a.b erigā lineas.a f.ꝛ.b.g.perpēdiculares sup lineā.a.b.quax vtraq3 sit eq̄lis linee.c. ꝛ complebo rectangulā supficiē.a.f.b.g.ducta linea.f.g.que per diffinitionē producit ex.c. in.a b.ꝛ sub illis dicit contineri.protraham quoq3 a punctis.d.ꝛ.e.lineas.d.h.ꝛ .e.k. equidistantes lateribus .a.f.ꝛ.b.g.eritq3 vtraq3 earū eq̄lis.c.ꝑ.34.primi vtraq3 eax est eq̄lis .a.f.ꝑ diffinitionē igit rectangulū .a.d.f.h.ꝓducit ex.c.i.a.d.ꝛ sub illis dicitur cōtineri ꝛ rectangulū.d.h.ꝛ.e.k.ex.c.in.d.e.ꝛ rectangulū.e.k.b.g.ex c.in.e.b.ꝛ qꝛ hec rectangula simul iuncta sunt equalia totali rectangulo.a .f.b.g. patet vex eē ꝓpositum.

Propositio .2

Si fuerit linea ī ptes diuisa. illud qd̄ ex ductu totī⁹ lincę in seipsā fit: equū erit bis q̄ ex ductu eiusdē ī oēs suas ptes.

¶ Sit linea. a. b. diuisa in. a. c. ⁊. c. d. ⁊. d. b. dico q̄ illud qd̄ fit ex ductu totius. a. b. in se qd̄ sit. a. c. b. f. equū est bis quę fiunt ex ipsa to/ta in vnamquāq; dictarum partium qd̄ palam patebit. ductis. c. g. ⁊. d. b. equidi/stanter. a. c. ⁊. b. f. ¶ Aliter sumatur. k. eq̄lis. a. b. eritq; p̄ premissam qd̄ fit ex du/ctu. k. in totam. a. b. equū ei qd̄ fit ex ductu. k. in omnes ptes. a. b. ⁊ q̄ ex. k. ī. a. b. tantū fit quantū ex. a. b. in se. ⁊ ex. k. in omnes ptes. a. b. quātū ex. a. b. in omnes ptes eiusdē. ꝓpter id q̄. k. ⁊. a. b. sūt equales patet vex esse propositum.



Propositio .3.

Si fuerit linea in duas ptes diuisa illud qd̄ fiet ex ductu to tius in alterutrā partē equū erit bis q̄ ex ductu eiusdē par tis in seipsam ⁊ alterius in alteram.

¶ Sit linea. a. b. diuisa in. a. c. ⁊. b. c. dico q̄ illud quod fit ex tota. a. b. in eius partem. a. c. equū est quadrato eiusdem. a. c. partis. ⁊ ei quod fit ex eadē parte. a. c. in. b. c. fiat quadratum lincę. a. c. q̄ sit. a. c. d. f. ⁊ pficiatur superficies. a b. d. e. patebitq; propositū. ¶ Aliter sumat̄. g. eq̄lis. a. c. ⁊ q̄. b. a. in. a. c. tantū est quantū. a. c. in. a. b. ecōuerso. ⁊. a. c. in. a. b. ⁊ in. c. b. ⁊ in seipsaꝫ quātū. g. ī easdē. At. g. in totā. a. b. quātū in. a. c. ⁊ in. c. b. p̄ primam huius patet ꝓpositū scz q̄ tm̄ erit. a. c. ī. a. b. quātū in se ⁊ in. c. b. q̄re ecōuerso. a. b. ī. a. c. quātū. a. c. in se. ⁊ in. c b. qd̄ volum⁹ demōstrare.



Propositio .4.

Si fuerit linea in duas ptes diuisa illud qd̄ ex ductu totī⁹ ī seipsā fit: equū ē bis q̄ ex ductu vtriusq; ptis ī seipsā ⁊ alte ri⁹ ī alterā bis. Ex hoc manifestū ē q̄ ī oī q̄drato due sup ficies quas diameter secat p̄ medīū sunt ambe quadrate.

¶ Sit linea. a. b. diuisa in. a. c. ⁊. b. c. dico q̄ quadratum totius a. b. equum est duobus quadratis duarum linearum. a. c. ⁊. b. c. duplo eius qd̄ fit ex ductu vnius eax in alteram: describam quadratum alterius partialium sitq; c. d. b. e. quadratū lincę. c. b. cui adiungam gnomonē secūdū ductū directuū lincę alterius scz. a. c. qd̄ faciam hoc mō. in quadrato descripto protraham diametrū b. d. ⁊ a puncto. a. educam perpendicularem sup lincam. a. b. quę sit. a. k. quā. a. k ⁊ diametrū. b. d. ꝓducam vsq; quo cōcurrāt in puncto. f. ⁊ a puncto. f. producam f. h. equidistantē lincę. a. b. quā. f. h. ⁊. b. e. producam vsq; quo concurrāt ī pūcto g. ⁊ producā. c. d. vsq; ad. h. ⁊. e. d. vsq; ad. k. Et quia duo latera. d. e. ⁊. e. b. trian guli. d. e. b. sunt equalia: erūt per. 5. primi duo anguli. e. d. b. ⁊. e. b. d. equales: ⁊ q̄ angulus. e. est rectus erit p̄. 32. primi vterq; eox medietas recti. Eadē rōne vter/q; duorū angulorū. c. d. b. ⁊. c. b. d. erit medietas recti. quare p̄ secūdā ptem. 29. p̄ mi erit vnusquisq; quatuor angulox qui sunt. b. f. d. ⁊. b. d. f. ⁊. k. f. d. ⁊. k. d. f. me dietas recti ergo p̄. 6. primi. f. g. ⁊. g. b. sunt equales. similiter quoq; . f. a. ⁊. a. b. pari rōe. f. h. ⁊. h. d. itēq; . f. k. ⁊. k. d. quare vtraq; duarū supficierū. a. b. g. f. ⁊. k. d. h. f. est quadrata ⁊ q̄ totale quadratum. a. b. f. g. q̄ est quadratū lincę. a. b. con stat ex duobus quadratis quę cōsistunt circa diametx quę sunt quadrata duarum linearum. a. c. ⁊. c. b. ⁊ ex duobus supplementis quox vnūqd̄q; ꝓducit ex . a. c. in b. c. patet propositum nostrū. ¶ Aliter sit linea. a. b. vt prius diuisa in. a. c. ⁊. c. b.



eritq; p.2.huius quod fit ex tota.a.b. in se:equũ ei qd̃ fit ex ipsa in.a.c.⁊.c.b. sed ex ipsa in.a.c.tm̃ fit quãtũ ex.a.c.in se.⁊ ex.a.c.in.b.c.p.3.hui⁹. Itéq; ex ipsa a.b.tota in.b.c.tm̃ fit quãtum ex.c.b.in se.⁊ ex.c.b.in.a.c. per eandem. ergo qd̃ fit ex tota.a.b.in se equũ ẽ ei qd̃ fit ex.a.c.in se ⁊ in.c.b.⁊ ex.c.b.in se.⁊ in.a.c.qd̃ est propositum. Sed hac via non patet corolariũ. sicut via precedenti patet. vnde prima est auctori magis consona.



Propositio .5.

Si linea recta per duo equalia duoq; ĩequalia secetur.qd̃ sub inequalibus totius sectionis rectangulũ continet cũ eo quadrato qd̃ ab ea que inter vtrasq; ẽ sectiones describitur equum est ei quadrato qd̃ a dimidio totius linee ĩ se ducto describitur.

Sit linea.a.b.diuisa p equalia in pũcto.c.⁊ p inequalia in puncto.d. dico quadratuz.c.b.esse equale ei qd̃ fit ex.a.d.in.d.b.⁊ q̃drato.c.d. Describã quadratum.c.b.q̃ sit.c.b.f .e.in quo ꝓtraham diametrũ. e.b. ⁊ ducã.d.g. equidistantẽ b.f.q̃ secet diametꝛ.e.b.ĩ pũcto.b.⁊ a pũcto.b.educã eq̃distãtẽ linee.a.b.q̃ sit.b.k.secãs lineã.b.f.in puncto.m. ⁊ lineã.c.e.in puncto.l.⁊ ꝓtrahã.a.k.equidistantẽ.c.e.eritq; p corolariũ p̃misse vtraq; duaꝝ supficieꝝ.l.g.⁊.d.m.quadrata.⁊ per 43.primi duo supplemẽta.c.b.⁊.b.f.equalia.ergo addito quadrato .d.m. vtriq; erit palellogramũ.c.m.equale palellogramo.d.f.⁊ qꝛ.a.l.est equale.c.m. p.36.primi:erit.a.b.equale gnomoni qui circũstat quadrato .l.g. ergo addito vtriq; quadrato.l.g.erit.a.b.cũ quadrato.l.g.equale quadrato.c.f.qd̃ est propositum.



Propositio .6.

Si recta linea in duo equalia diuidat.alia vero ei linea in longũ addat.qd̃ ex ductu totiꝰ iã cõpolite ĩ eã q̃ iã adiecta ẽ cũ eo qd̃ ex ductu dimidie in seipsã:equũ ẽ ei q̃drato qd̃ ab ea q̃ cõstat ex adiecta ⁊ dimidia ĩ seipsã ducta describit

Sit linea.a.b.diuisa p equalia in puncto.c.eiq; addat linea.b.d. dico q̃ quadratũ.c.d.qd̃ sit.c.d.e.f.equale ẽ ei qd̃ fit ex tota.a.d.ĩ.b.d.⁊ quadrato.c.b. Producã ĩ quadrato predicto diametrũ.d.e.⁊ ducã lineã.b.g.equidistãtẽ d.f.q̃ secet diametrũ.d.e.in pũcto.b.a quo.b.ꝓducã equidistãtẽ linee.a.b.que sit b.k.secans.d.f. in pũcto.m.⁊.c.e.in pũcto.l.⁊ producã.a.k. equidistantem .c.l. eritq; per.36.primi.a.l.equale.c.b. At.c.b.erit equale.b.f.per.43.primi.quare.a l.ẽ equale.b.f.ergo addito.c.m.vtrobiq; erit.a.m. equalis toti gnomoni circũstãti.l.g.quare.l.g.addito vtrobiq; erit.a.m.cũ.l.g.equale toti quadrato.c.f.⁊ quia vtraq; duaꝝ superficieꝝ.l.g.⁊.b.m.ẽ quadrata:p corolariũ.4.hui⁹ p; propositũ.



Propositio .7.

Si linea in duas partes diuidat.qd̃ fit ex ductu totius ĩ se ipsam cum eo qd̃ est ex ductu alterius partis ĩ seipsam. equum est q̃ eis ex ductu totius linee ĩ eandem partem bis ⁊ ex ductu alterius partis in seipsam.

Sit linea.a.b.diuisa in duas partes in puncto.c. dico q̃ quadratum totius.a.b.cũ quadrato.b.c.equũ est ei qd̃ fit ex.a.b.in.b.c.bis cum quadrato.a.c.describatur quadratuz totius qd̃ sit.a.b. d.e.⁊ ducatur diametrum .b.d.⁊

e.f.equidistans.b.e.secans diametrum in puncto.g.⁊ ducatur.k.g.h. equidistãs a.b.⁊ quia quadratum.a.e.cum quadrato.e.b.tm̃ sunt quãtum quadratum .k.f. cum duabus superficiebus.a.h.et.g.e.patet propositum

Propositio .8.



Si linea in duas partes diuidatur :eiq; in longum equalis vni diuidentium adiungatur:qd̃ ex ductu totius iam cõposite in seipsaꝫ fiet. equum erit his que ex ductu prioris linee in eam adiectam quater. ⁊ ei qd̃ ex ductu alterius diuidentis in seipsam.

Sit.a.b.diuisa in puncto.c.qualitercũq; contingat:cui addatur.b.d. equalis.c b.dico ꝙ quadratum totius.a.d.qd̃ fit.a.d.e.f.est equale ei qd̃ fit ex.a.b. ⁊.b.d. quater cũ quadrato.a.c.hoc aũt patebit ducta diametro.d.e.⁊ lineis. e.g. ⁊.b.h equidistantibus linee.d.f.⁊ secantibus diametrum in puncto.k.l. per que puncta ducantur.p.q.k.r.⁊.m.n.l.o.equidistantes.a.d.erit enim per corolariũ.4.huius vnaqueq; superficierum .r.g.n.q.⁊.b.m.quadrata:⁊ quia.c.b.posita est equalis b.d.erit vtraq; superficierum.c.l.⁊.l.p.quadrata.Erũtq;.4.quadrata diuidentia quadratũ.c.p.equalia ⁊ quia totus gnomo circũstãs q̃drato .r.g.est q̃druplus ei qd̃ ex.a.b.in.b.d.q; quadruplus ad supficiẽ.a.l.patet propositum.

Propositio .9.



Si linea ĩ duo equalia duoq; inequalia diuiditur:q̃ fiũt ex ductu inequaliũ sectionũ in seipsam pariter accepta: duplũ sũt vtriusq; pariter acceptis.q̃ q̃dẽ ex dimidia.eaq; q̃ vtriq; sectioni interiacet quadratis describuntur.

Sit linea.a.b.diuisa per equalia.m.c.⁊ per inequalia.in.d.Dico ꝙ quadratum.a.d.⁊ quadratũ.d.b.simul iuncta:dupla sunt quadrato.a.c. ⁊ quadrato.c.d.simul iunctis.Super lineã:a.b.erigo lineã.c.e. perpendicularẽ ⁊ eq̃lem vtriq; caꝫ linea.a.c.⁊.c.b.⁊ produco.e.a.⁊.e.b.eritq; p.32.primi vterq; angulorum.a.⁊.b.⁊ vterq; angulo⁊ partialium qui sunt ad.e.medietas recti.tot⁹q; e.rectus.⁊ produco.d.f.equidistantẽ.c.e.⁊ perpendicularem super lineaꝫ.a.b.erit q; vterq; angulorum.d.rectus:⁊ angulus.d.f.b.medietas recti per.32.primi:sive per secũdã partẽ.29.primi:quare per.6.primi.d.f.⁊.d.b.sunt equalia.a puncto f.duco.f.g.equidistantẽ.a.b.eritq; per secũdã ptẽ.29.primi:vterq; angulorum.g rectus.⁊ angulus.e.f.g.medietas recti quare p sextã ciusdẽ latera.e.g. ⁊.g.f. sunt equalia:⁊ quia per penultẽ.eiusdem quadratum:e.f.est equale quadrato.e.g.⁊ q̃drato.g.f.ipsum erit duplum ad quadratum.g.f.quare ad quadratũ.c.d. Itẽq; per eandem quadratum.e.a.est equale quadrato.a.c.⁊ quadrato .c.e. ipsum erit duplum ad quadratum.a.c.⁊ quia quadratum.a.f.est equale quadrato.e. f.⁊.a.e per eandem ipsum erit duplum ad quadratum.a.c.⁊ ad quadratum.c.d.sed quadratum.a.f.est iterum equale per eandem quadrato.a.d.⁊ quadrato.d.f.ergo q̃dratum.a.d.⁊ quadratum .d.f duplа sunt ad quadratum.a.c.⁊ ad quadratum c.d.⁊ quia quadratum.d.f.est equale quadrato.d.b.erũt quadrata duaꝫ linearũ.

a.d.⁊.d.b.dupla quadratis duarum linearum que sunt.a.c.⁊.c.d.qd ē ꝓpositum

Propositio .10.



Si linea in duo equalia diuidatur eiqꝫ ī longum alia addatur: quadratum qd describitur a tota cum addita ⁊ quadratum qd ab ea que addita est. vtraqꝫ quadrata pariter accepta. ei quadrato qd a dimidia. eiqꝫ qd ab ea producitur q̄ ex dimidia adiectaqꝫ consistit vtriusqꝫ quadratis pariter acceptis dupla esse necesse est.

¶ Sit linea.a.b.diuisa per equalia in.c.⁊ addita sibi linea.b.d.dico q̄ duo quadrata duarum linearum.a.d.⁊.b.d.pariter accepta dupla sunt duob⁹ quadratis duarum linearum.a.c.⁊.c.d.pariter acceptis. ¶ Erigo.c.e.perpendicularem sup lineam.a.b.⁊ equalē vtriqꝫ linearum.a.c.⁊.c.b.⁊ perficio triangulū.a.e.b.ductis lineis.a.e.⁊.e.b eritqꝫ ut in p̄missa vterqꝫ angulorū.a.⁊.b.⁊ vterqꝫ eorum q̄ sunt ad.e.medietas recti p.32.primi: totusqꝫ.e.ē rectus a puncto.e.produco.e.f.equalem ⁊ equidistantem.c.d.⁊ produco.f.d.⁊.e.b.quousqꝫ cōcurrūt in puncto.g.⁊ ꝓduco lineam.a.g.eritqꝫ per vltimam partem.29.primi: angulus.c.e.f. rectus sed angulus.c.e.b. est medietas recti. ergo angulus .b.e.f. est similiter medietas recti: ⁊ quia per.33.eiusdē.f.d.est equidistans.c.e.erit per.34.eiusdem angulus .f. rectus.ergo per.32.eiusdem.erit angulus.e.g.f.medietas recti. Itemqꝫ per eandē angulus.d.b.g.similiter medietas recti: propter id quod angulus.b.d.g. est rect⁹ ergo per.6.eiusdem duo latera.e.f.⁊.f.g.sunt equalia. Itēqꝫ duo latera. d.b.⁊.d.g.sunt equalia: ergo per penultimam eiusdem quadratum.e.g.duplum est ad quadratum.e.f.quare ad quadratum.c.d. ¶ Itemqꝫ per eandem quadratum.a.e.duplum est ad quadratum.a.c.⁊ quia quadratum.a.g.est per eandem equale quadrato.a.e.⁊.e.g.similiter quoqꝫ ⁊ quadrato. a.d.⁊.d.g. At q̄ quadratū.d.g.est equale quadrato.b.d.erūt duo quadrata duarum linearum.a.d.⁊.b.d.pariter accepta dupla duobus quadratis duarum linearum.a.c. ⁊.c.d. pariter acceptis qd est propositum: hec autem ⁊ omnes premisse veritatem habent in numeris sicut in lineis.

Propositio .11



Datam lineam sic secare. vt qd sub tota ⁊ vna portione rectangulum continetur: equum sit ei qd fit ex reliqua sectione quadratū.

¶ Sit linea data.a.b.q̄ꝫ volumus sic diuidere: vt qd ex tota ⁊ eius minore producitur equum sit quadrato maiori. ¶ Describo quadratum ipsius qd sit.a.b.c.d.⁊ latus. b.d.diuido per equalia in.e.⁊ produco.a. e.et e.b.produco vsqꝫ ad.f.ita quod .c.f.sit equalis.a.e.⁊ ex.b.f. portione extrinseca: describo quadratum quod ex latere.a.b.resecat portionem equalem.b.f. que sit . b.h .⁊ quadratum descriptum sit. b.f. h. g. Dico q̄ : a.b. sic est diuisa in puncto.h.qd illud qd fit ex tota.a.b.in eius portionem.h.a.est equale quadrato b.h.,ꝓduco.g.h.vsqꝫ ad.k.que erit equidistans.a.c.q̄ ergo linea .d.b. diuisa est per equalia in.e.⁊ est sibi addita linea.b.f.erit per.6.huius qd fit ex.d.f.in.b.f.cū quadrato.e.b.equale quadrato.e.f.quare ⁊ quadrato.e.a. Quare ꝑ penultimam

primi:quadratis duarum linearum.c.b.⁊.b.a.ergo dempto ab vtrisq; quadrato li/
nee.c.b.erit qd fit ex.d.f.in.b.f.⁊ ipsũ est superficies.d.g .equale quadrato linee
a.b.ergo dempto ab vtrisq; paralelogramo.b.d.erit quadratũ.b.f.equale palello
gramo.b.c.⁊ quia quadratum.b.f.est quadratum linee.b.b.⁊ palellogramũ.b.c.
producitur ex.c.a.que est equalis.a.b.in.a.b.pater factum esse propositũ. ¶ Ad
hoc autẽ faciendum in numeris non labores:quia impossibile est numerum sic di/
uidi:vt hic vndecima proponit sicut scies sexti.29.te docente.

Propositio .12.



IN his triangulis qui obtusum habent angulum: tanto ea
que obtusum subtendit angulum:ambobus reliquis lateri
bus que obtusum continent angulum amplius potest.quã
tũ est qd cõtinet bis sub vno eorũ:atq; ea que sibi directe
iũcta ad obtusum angulũ a ppẽdiculari extra deprehendit.
¶ Sit triangulus.a.b.c.habens angulum.a.obtusum.a puncto.c.ducat linea p/
pendicularis ad lineã.b.a.que necessario cadet extra triangulũ.a.b.c. alioqn an/
gulus obtusus esset rectus aut minor recto p.16.primi:sit ergo.c.d. perpendicula
ris super lineam.a.b. productam vsq; ad.d. Dico q̃ quadratum lateris.b.c.qd
subtenditur angulo obtuso tanto maius est duabus quadratis duarum linearum
a.b.⁊.a.c.ambientibus ipsum angulum obtusum.quantum est illud qd fit ex.b.
a.in.a.d.bis: potentia enim linee respectu q̃drati sui est.vnde tm̃ dicit posse linea
quelibet quantũ in se ducta producit. Erit enim p.4.hui⁹ q̃dratũ.b.d.equale duo/
bus quadratis duarum linearum.b.a.⁊.a.d.⁊ duplo eius qd fit ex.b.a.in.a. d.et
quia quadratum.b.c.per penultimam primi est equale quadrato.b.d.⁊ quadrato
d.c.ipsum erit equale quadratis trium linearum.b.a.a.d. ⁊.d.c. ⁊ duplo eius qd
fit ex.b.a.i.a.d.sed p eandẽ quadratũ.a.c.ẽ equale quadratis.a.d.⁊.d.c.ergo q̃/
dratum.b.c.est equale quadratis duarum linearum.b.a.⁊.c.a.⁊ duplo eius qd fit
ex.b.a.in.a.d.quare.b.c.tanto amplius potest duabus lineis.b.a.a.c. quantum
est duplũ eius.qd fit ex.b.a.in.a.d. Jam enim diximus q̃ tantũ dicitur posse li/
nea quelibet quantum in se ducta producit quod est propositum.

Propositio .13.



OMnis oxigonij tanto ea que acutum respicit angulũ am
bobus lateribus angulum acutum continentibus minus
potest:quãtum est qd bis continetur sub vno eorum cui p
pendicularis intra superstat:eaq; sui parte:que perpendi
culari anguloq; acuto interiacet.
¶ Quod hic proponitur de latere subtenso alicui angulo acuto in triangulo oxi/
gonio veritatem habet de latere subtenso cuilibet angulo acuto in omni triangu/
lo sine sit orthogonius sive ambligoni⁹ sive oxigonius. ¶ Sit ergo in triangulo
a.b.c.quicũq; triangulus fuerit.angulus.c.acutus qui si fuerit oxigonius ducatur
ppendicularis ab vtroq; angulorũ.a.vel.b.ad vtrãq; basim.b.c.vel.a.c.quia cum
sic fuerit semper cadet perpendicularis intra triangulum. Si autem sit ambligo/
nius aut orthogonius ab angulo obtuso vel recto ducatur perpendicularis ad la
tus oppositũ quã manifestũ est cadere intra triangulũ:⁊ ut simpliciter dicam cum
in omni triangulo sunt duo acuti anguli necessario erit alter reliquorũ angulorũ.
qui sunt.a.⁊.b.acutus. Ducam igitur perpendiculare ad lineam illam que duobus



acutis interiacet. Sit ergo vt trianguli.a.b.c.angulus.b.etiã sit acutus ducã :ergo ad b.c.ppẽdicularẽ q̃ sit.a.d.que vt dictũ est cadet intra triangulũ.dico itaq; q̃ q̃/dratum.a.b.qd̃ subtendit̃ angulo acuto.c.tanto minus est duobus quadratis duarum linearũ.a.c.ꝛ.c.b.quãtũ duplũ eius qd̃ fit ex.b.c.in.d.c. ¶ Vel dico q̃ quadratum.a.c.qd̃ etiam subtenditur angulo.b.quẽ posuimus acutum quicquid fuerit de angulo.a.tanto minus est duobus quadratis duarum linearum.a.b.ꝛ.b.c. quãtũ est duplum eius qd̃ fit ex.c.b.in.b.d.Erit enim per.7.huius quadratũ .b.c cum quadrato.d.c.equale ei quod fit ex.b.c.in.d.c.bis ꝛ quadrato alterius ptis scz.b.d.quare addito vtriq; quadrato.a.d.erit quadratũ.b.c.cũ quadratis duaꝝ linearum.a.d.ꝛ.d.c.equale quadratis duarum linearum.a.d.ꝛ.d.b.ꝛ duplo eius quod fit ex.c.b.in.c.d.At quia per penultimam primi quadratum.a.c.est equale quadratis duarum linearuꝫ.a.d.ꝛ.d.c.erit quadratum.b.c.cum quadrato .a.c.equale quadratis duarum linearum.a.d.ꝛ.b.d.ꝛ duplo eius quod fit ex.b.c.i.c.d. sed per eandem penultimam primi quadratũ.a.b.equũ est quadratis duarum linearum.a.d.ꝛ.b.d.ergo quadratum.b.c.cum quadrato.a.c.equum est quadrato a.b.ꝛ duplo eius qd̃ fit ex.b.c.i.c.d.quare tanto min⁹ potest.a.b.duobus lateribꝰ b.c.ꝛ.a.c.quantũ est duplum eius quod fit ex.b.c.in.c.d.quod est propositũ. Simili modo probabis latus.a.c.qd̃ subtenditur angulo.b.acuto posse tanto minꝰ duobus lateribus.a.b.ꝛ.b.c.quantum est duplum eius :quod fit ex.c. b.in. b.d. ¶ Notãdũ aũt per hanc ꝛ precedentẽ ꝛ penultimam primi: q̃ cognitis lateribus omnis trianguli cognoscit̃ arca ipsius ꝛ auxiliantibus tabulis de corda ꝛ arcu cognoscitur omnis eius angulus.

Propositio .14.

Dato trigono equum quadratum describere.

¶ Sit datus trigonus.a cui nos volumus equum quadratũ describere. Designabo superficiẽ equidistantium laterum ꝛ rectorum angulorum equalem trigono dato ꝟm quod docet.42.primi:sitq; superficies illa.b.c.d.e.cuius si latera fuerint equalia habemus qd̃ querimꝰ. ipsa eni erit q̃drata.p diffinitionẽ Si aũt latera sint ineqũlia tũc adiũgã minꝰ ipsorum laterũ maiori ꝟm rectitudinẽ.sitq; linea.e.f.equalis minori duoꝝ laterũ qd̃ ẽ c.e.adiuncta maiori quod est.b.c.ꝟm rectitudinẽ. Totam.b.f.diuidam per equalia in pũcto.g.ꝛ facto.g.cẽtro sup̃ lineã.b.f.ꝟm quãtitatẽ linee.g.b. describam semicirculũ.b.h.f.ꝛ latus.e.c.pducã vsq̃quequo secet circũferentiã in puncto.h.dico q̃ quadratũ linee.c.h.est equale trigono dato. Producã lineã.g.h.ꝛ q: linea .b.f. diuisa ẽ p̃ equalia in.g. ꝛ p̃ inequalia in.c.erit p̃.5.huiꝰ qd̃ fit ex ductu.b.c.i.c.f.cũ q̃drato.c. g.equale q̃drato .g.f.quare ꝛ quadrato.g.h.quare per penultimã primi ꝛ duobus quadratis duaꝝ lineaꝝ.g.c.ꝛ.c.h.ergo dempto vtriq; quadrato.c.g erit qd̃ fit ex.b.c.in.c.f.qd̃ est equale superficiei.b.c.eo q̃.e.f.ẽ equale.c.e. equale quadrato linee.c.h.quare quadratũ linee.c.h.ẽ equale trigono.a.qd̃ ẽ propositũ: ¶ Et nota q̃ p̃ hoc inueniṁ latꝰ tetragonicũ cuiuslibꝫ altera pte lõgioris ꝛ simpliciter omnis figure rectis lineis cõtente quecũq; fuerit.qm̃ omnẽ figurã talẽ in triangulos resoluemꝰ ꝛ cuiuslibꝫ illoꝝ triangulorum inueniemꝰ tetragonicũ latus ꝟm doctrinam istius.ꝛ inueniemus per penultimam primi . lineam vnam que possit in omnia latera tetragonica inuenta.verbi gratia volo nunc inuenire latus tetragonicũ rectilinee figure irregularis .a.b.c.d.e.f.resoluo eam.in.3.triangulos qui sũt

a.b.f.c.d.e.⁊.c.f.e. Inuenio quoq; ſm doctrinam iſtius tria latera tetragonica iſtoꝝ trium triangulorum.qui ſunt.g.h.h.k.⁊.k.l:⁊ erigo.h.k.perpendiculariter ſuper.g.h.⁊ produco.g.k.eritq; per penultimã quadratum primi.g.k.equale quadratis duarum linearum.g.h.⁊.h.k.⁊ tertium latus.k.l.erigo perpendiculariter ſuper lineam.g.k.⁊ produco lineam.g.l.eritq; per penultimam primi.g.l.latus tetragonicum totius figure rectilinee propoſite. ¶ Explicit liber ſecundus. Incipit liber tertius.













Uoꝝ diametri ſunt eq̃les.ipſos circulos eq̃les eſſe. ¶ Maiores aũt quoꝝ maiores ⁊ minores quoꝝ minores. ¶ Circulũ linea ꝓtingere dicitur:que cũ circulũ tangat in vtrãq; parte eiecta.circulũ non ſecat. ¶ Circuli ſeſe contingere dicunt qui tangentes ſeinuicem non ſecant. ¶ Recte linee in circulo equaliter diſtare dicũt a centro.cũ a centro ad ipſas ducte perpendiculares fuerint equales. ¶ Plus vero diſtare a centro dicit.in quã ꝓpendicularis longior cadit. ¶ Recta linea portionũ circuli cõtinẽs corda noiat. ¶ Portio vero circũferentie arcꝰ nũcupat. ¶ Angulus aũt portionis dicit q̃ a corda ⁊ arcu continet. ¶ Supra arcũ angulus conſiſtere dicit.qui a quolibet pũcto arcus ad corde terminos duabus rectis lineis exeuntibꝰ cõtinet. ¶ Sector circuli eſt figura q̃ ſub duabꝰ a cẽtro ductis lineis ⁊ ſub arcu qui ab eis cõprehendit cõtinet. ¶ Angulus aũt qui ab eis lineis ambitur ſupra centrũ cõſiſtere dicit. ¶ Sil'es circuloꝝ portiões dicũt ĩ quibꝰ qui ſupra arcum conſiſtunt anguli ſibi inuicẽ ſũt eq̃les. ¶ Arcꝰ quoq; ſimiles ſunt qui'equos angulos predicto modo ſuſcipiunt.

Propoſitio .i.

Irculi ꝓpoſiti cẽtrũ inuenire.vñ manifeſtũ ẽ q̃ duabꝰ rectis lineis in eodẽ circulo apud circũferẽtiã terminatis neutra illaꝝ alterã per eq̃lia orthogonal'r ſecat niſi ipſa ſuper centrum tranſierit.

¶ Sit circulus propoſitus.a.b.c.cuius volumus centrũ inuenire. duco in ipſo circulo lineã.a.c.qualitercũq; contingat quã diuido per equalia ĩ pũcto d.a quo duco perpendicularem ad lineã.a.c.quã applico circũferentie ex vtraq; ꝑte.ſit q;.e.d.b.quã rurſus diuido ꝑ eq̃lia in pũcto.f.quẽ dico eſſe centrũ circuli. Si enim nõ ẽ:erit aũt alibi aut ĩ linea.e.b.aut extra. In linea.e.b.nõ: ſi enim fuerit ĩ ea vt ĩ puncto.g.erit linea.e.f.maior linea.e.g.ꝑs videlicet toto q̃d eſt ipoſſibile. Qd̃ ſi fuerit extra lineã.e.b.ut in pũcto.h.ducant̃ linee.h.a.h.d.h.c.⁊ qꝛ latera,h.d.⁊ d.a.trianguli.h.d.a.ſũt eq̃lia laterib̃ꝰ.h.d.⁊.d.c.trianguli.h.d.c.⁊ baſis.h.a. baſi.h.c.erit ꝑ.8.primi angulꝰ.a.d.h.eq̃lis angulo.c.d.h.q̃re vterq; rectꝰ ⁊ qꝛ angulus.a.d.b.fuit etiã rectꝰ erit.a.d.b.eq̃lis.a.d.b.ꝑ.3.petitione p̃mi ꝑs videlicet toti q̃d ẽ ipoſſibile.nõ ẽ ergo cẽtrũ dati circuli alicubi quã ĩ pũcto.f.q̃d ẽ propoſitũ.



Propositio .2.

Super circuli circũferentiam duobus punctis signatis.li/ueam rectam ductam ab altero ad alterum.circulum seca re necesse est.

Sit vt in circũferentia circuli.a.b.cuius centrũ sit.c.signata sint duo puncta que sunt.a.et.b.dico q̃ linea recta coniũgens vnũ cum altero secabit circulum.Alioquin cadet extra circulum:sitq̃.a.c.b.linea recta si possibile est:producã lineas.c.a.et.c.b.erũtq̃ per.5.primi:angulus.c. a.b.et.c. b.a.equales:protraham itẽ lineã.c.e.que secet circãferentiam in puncto.d. eritq̃ per. 16.primi:angulus.a.e.c.maior angulo.c.b.e.quare maior angulo.c.a.e. quare per. 18.eiusdem latus.a.c.maius latere.c.e.et quia.c.d.est equalis.c.a.erit.c.d maior.c.e.pars toto quod est impossibile:quia ergo linea coniungens duo pũcta a.b.non transibit extra circulum secabit ipsum quod est propositum.



Propositio .3.

Si lineam intra circulum preter centrum collocatam. alia a centro veniens per equa secet.orthogonaliter sup̃ eam insistere.et si in eam orthogonaliter steterit. eam p̃ equa/lia diuidere necesse est.

Sit vt lineam.a.b.collocatã intra circulum.a.b.cuius centrum sit c.linea.c d.veniẽs a cẽtro diuidat p̃ eq̃lia: dico q̃ diuidit eam orthogonaliter.et e conuerso videlicet si diuidit eam orthogonaliter diuidit eam per equalia:producã lineas.c.a.et.c.b.et ponã primo q̃ diuidat eã per eq̃lia: erũt ergo duo latera.c.d. et.d.a.trianguli.c.d.a.equalia duobus lateribus.c.d.et.d.b.trianguli.c.d.b.et ba/sis.c.a.basi.c.b.ergo per.8.primi:angulus.d.vnius est equalis angulo.d.alterius quare vterq̃ rectus:quare.c.d.est perpendicularis super.a.b.qõ est propositum. Ponam iterum q̃.c.d.sit perpendicularis super.a.b.et ostendam q̃ ipsa diui/dit.a.b.per equalia erit enim ꝓpter hanc positionẽ vterq̃ angulorũ qui sunt ad.d rectus quare vnus equalis alteri. At qr p̃.5.primi angulus.c.a.d.est equalis an/gulo.c.b.d.et latus.c.a.eq̃le lateri.c.b.per.26.primi:eiusdem erit linea.a.d.equa/lis linee.d.b.quod est propositum.



Propositio .4.

Si intra circulum due linee se inuicem secent. et super cen/trũ non transeant.nõ per equalia eas secari necesse est.

Sit vt in circulo.a.b.c.d.cui centrũ sit.c.due linee.a.c.et.b. d.se cent se in pũcto.f.et vtraq̃ earũ vel altera non trãseat per centrũ.dico q̃ ipse nõ diuidunt sese p̃ equalia:ita q̃ vtraq̃ p̃ equalia diuidat̃ ab altera. Qõ si fuerit hoc possibile:ponat̃ et sic primo vt neutra trãseat p̃ centrum a centro.c.producã lineã.c.f.eritq̃ p̃ primã premisse vnusquisq̃.4. angulorũ qui sunt.a.f.c.c.f.c.b.f.c.et.c.f.d.rect̃ qõ ẽ impossibile:sic enĩ rect̃ esset minor recto. Sit igit̃ vt altera eorũ trãseat p̃ centrũ et altera nõ:sitq̃.b.d.trãsiens per centrum adhuc dico q̃ nõ diuidunt sese per equalia:qõ si sic.tunc p̃ primã p̃tẽ premisse:cũ b.d.ducta a centro diuidat.a.c.per equalia diuidat eã orthogonaliter. quare etiã a.c.diuidet.b.d.orthogonaliter:et qr diuidit.a.c.ipsã.b.d.p̃ eq̃lia vt ponit aduer sarius:ipsa transibit per centrum p̃ corolarium prime huius:quare ambe tran/seunt per centrum quod est contra ypothesim.

Propositio .5.



Circulorum se inuicem secantium centra diuersa esse.

¶ Sint duo circuli.a.c.b.a.d.b.secantes se super duo puncta.a.⁊.b Dico q̃ eorum sunt diuersa centra. ¶ Si enim haberẽt idem cẽtrum ipsũ erit per diffinitionẽ in portione vtriq; circulo cõmuni:sitq; illud e.⁊ ducantur linee.e.a.⁊.e.f.e.eruntq; p̃ diffinitionẽ due linee.e.a.⁊ e.f.equales. ¶ Itemq; per diffinitionem due linee.e.a.⁊.e .c.equales:quare e.f. est equalis.e.c.cum vtraq; earum sit equalis.e.a.pars videlicet toti q̃ d̃ est impossibile.

Propositio .6.



Circulorum se se contingentium nõ idem centrum esse necesse est.

¶ Sint duo circuli.a.b.⁊.a.c.contingentes se in puncto.a. Dico q̃ eorum sunt diuersa centra. Si enim habuerint idem centrum erit p̃ diffinitionem inter minorem eorũ cum minor positus fuerit itra maiorem:sitq; ipsum.d.⁊ ducantur linee.d.a.⁊.d.b.c.eritq; per diffinionem vtraq; duarum linearum.d.b.⁊.d.c.equalis.a.d.q̃ d̃ est impossibile. ¶ De circulis autem se contingentibus extra quorum sc̃ vnus est extra alterũ:manifestum est per diffinitionem centri q̃ d̃ ipsi non habent idem centrum.

Propositio .7.



Si in diametro circuli punctus preter centrum signetur:⁊ ab eo ad circũferentiam linee plurime ducãtur.que super centrum transierit omnium erit longissima.que vero d̃ ya metrum perficiet omnium erit breuissima.que autem centro proxime ceteris longiores. ¶ Quanto vero a centro remotiores tanto breuiores esse conueniet. ¶ Duas quoq; equidistãtes linee breuissime collaterales equales esse necesse est.

¶ Sit vt in diametro.a.f.circuli.a.b.c.cuius centrum sit.h.sit signatus punctus k.preter centrum a quo ducantur plurime linee que sunt.k.a.k.b.k.c.k.d.k.e.k. f.k.g.ad circumferentiam:⁊ transeat.a.k.per centrum.h.⁊.k.f.sit complemẽtum dyametri:sitq; vt.k.e.⁊.k.g.equidistent a.k.f.hoc est dicere vt angulus.e.k.f.sit equalis angulo.f.k.g.dico q̃.k.a.est omnium longissima.⁊.k.f.omnium breuissima:alie vero tanto lõgiores quãto cẽtro ꝓpinquiores:vt.k.b.est longior. k.c.⁊ k.c.est longior. k.d.⁊.k.d.longior. k.e.⁊. k. e.⁊.k.g. sunt equales: quia enim in triangulo.b.k.h.duo latera.b.h.⁊.h.k.per.20.primi:sunt maiora latere.b. k .et ipsa sunt equalia linee.a.k.erit.a.k.maior b.k.⁊ eadem ratione maior omnibus alijs ⁊ hoc est primum. ¶ Itemq; quia in triangulo.e.h.k.duo latera .h.k.et. k. e.per eandem sunt maiora latere.h.e. quod est equale linee .h.f. ipsa erũt maiora linea.h.f. ergo dempta communi linea que est.h.k. remanebit .k.e.maior k.f.eadem ratione quelibet aliarum erit maior ipsa ⁊ hoc est secundum. ¶ Itẽq; q̃ duo latera.h.h.⁊.h.k.trianguli .h.h.k.sunt equalia duob⁹ laterib⁹ .e.h.⁊.h.k



trianguli.c.b.k.ꝛ angulus.b.b.k.ē maiꝛ angulo.c.b.k. erit p.24.primi basis .b.k.maiꝛ basi.k.c.cadē rōne.k.c.maiꝛ erit.k.d.ꝛ.k.d.maiꝛ.k.e. ꝛ hoc ē tertium ¶ Qō si due linee.k.g.ꝛ.k.e.nō sunt equales erit altera maiꝛ:sitq3.k.g. de q̄ summam.k.l.equalem.k.e.ꝛ producā.b.l.quousq3 secet circūferentiam in puncto.m. ꝛ qꝛ per ypothesim angulus.g.k.f.ē equalis angulo.f.k.e.erit per.13.primi:angulus.l.k.b.equalis angulo.e.k.b.ꝛ duo latera.l.k.ꝛ.k.b.trianguli.l.k.b. sūt equalia duobus laterib⁹.e.k.ꝛ.k.b.trianguli.e.k.b.ergo p.4.primi basis.b.l. est equalis basi.b.e.ꝛ qꝛ.b.m.est equalis.b.e.erit.b.m.equalis.b.l.qō ē impossibile.sunt ergo due linee.k.g.ꝛ.k.e.equales qō est nostrū propositum.quartum

Propositio .8.

I extra circulum puncto signato ab eo ad circumferentiam linee plurime ducantur circulum secando.que super centrum transierit omnium erit longissima. ¶ Centro autem propinquiores ceteris remotioribus lōgiores. ¶ Linee vero partiales ad circūferentiaꝫ extrinsecus applicate:ea quidem que diametro in directum adiacet omnium est minima. eiq3 propinquiores remotioribus breuiores. ¶ Due vero que linee breuissime vtrūq3 eque propinquāt equales sunt.

¶ Sit vt in puncto.a.assignato extra circulū.b.c.d.cuius centrum sit.n. ducātur plurime linee ad circūferentiam secando circulum que sint.a.k.n.b.a.b.c.a.g.d. ꝛ.a.f.e.Dico q̄.a.b.transiens per centrum omniū erit longissima.ꝛ q̄.a.c.ē maiꝛ.a.d.ꝛ.a.d.maiꝛ.a.c.ꝛ q̄.a.k.ē omniū breuissima extrinsecaꝫ: ꝛ q̄.a.b. est minꝛ.a.g.ꝛ.a.g.minꝛ.a.f.ꝛ dico q̄ si ducatur.a.l.ita q̄ ipsa ꝛ. a.b. equalit̄ distent ab.a.k.hoc est q̄ angulus.k.a.b.sit equalis angulo.l.a.k.ipse erūt equales ¶ Producā enī a cētro.n.lineas.n.c.n.d.n.e.n.f.n.g.ꝛ n.b.erūtq3 per.20.primi duo latera.a.n.ꝛ.n.c.trianguli.a.n.c.maiꝛa.a.c.ꝛ qꝛ ipsa sunt equalia linee.a.b erit.a.b.maiꝛ.a.c.eadeq3 ratione erit maiꝛ omnibus alijs qō est primum.ꝛ quia duo latera.a.n.ꝛ.n.c.trianguli.a.n.c.sunt equalia duobus lateribus.a.n.ꝛ.n.d. trianguli.a.n.d.ꝛ angulus.a.n.c.est maiꝛ angulo.a.n. d. erit per.24.primi:basis.a.c.maiꝛ basi.a.d.ꝛ eadē rōne erit.a.d.maiꝛ.a.e.qō est scōm. ¶ Itēq3 quia in triāgulo.a.n.b.duo latera.a.b.ꝛ.n.b.sunt maiꝛa.a.n.per.20.primi.ꝛ.b.n. ē equalis.n.k.erit per cōmunē sciam.a.b.maiꝛ.a.k.eadem rōne quelibet extrinsecus applicataꝫ maiꝛ erit.a.k.qō est tertiuꝫ. ¶ Item quia per.21.primi:due linee a.b.ꝛ.b.n.sunt minꝛes duabus lineis.a.g.ꝛ.g.n.ꝛ.b.n.est equalis.g.n.erit per communem scientiam.a.g.maiꝛ.a.b.eadem rōne erit.a.f.maiꝛ.a.g.qō ē quartum. ¶ Qō si.a.l.non sit equalis.a.b.cum ipse sint equaliter distātes ab.a.k .erit altera maiꝛ:sitq3.a.l.ponam ergo.a.m.equalem.a.b.ꝛ producam.n.o.m. quia ergo duo latera.m.a.ꝛ.a.n.trianguli.m.a.n.sunt equalia duobus laterib⁹. b.a.ꝛ a.n.trianguli.b.a.n.ꝛ angulus.m.a.n.est equalis angulo.b.a. n.erit per.4.primi:basis.m.n.equalis basi.n.b.ꝛ quia.m.o.est equalis.n.b.erit.n.o.equalis .n. m. pars videlicet toti qō est impossibile ꝛ hoc est quintū

Propositio .9.

SI intra circulū puncto signato.ab eo plures q̃z due linee ducte ad circūferentiam fuerint equales.punctū illud centrum circuli esse necesse est.

¶ Sit vt a puncto.a.signato intra circulū.b.c.d.ducte sint.3.linee.a b.a.c.a.d.ad circūferentiā quas pono ēc equales dico punctum.a. esse centrū circuli. Producā enim duas lineas.c.b.⁊.d.c.⁊ diuidā vtrāq3 eaꝝ p eq̃ lia.c.b.quidem in puncto.e.⁊.d.c.in puncto.f.⁊ producam.e.a.⁊.f.a. quas ap/ plico circūferentie ex vtraq3 parte.eritq3 per.8.primi vterq3 angulorū qui sunt.a . d.e.eq̃l'alteri.igit̃ p.13.vterq3 erit rect⁹.Sil'r quoq3 p eādē vterq3 angulorꝝ q̃ sūt.a d.f.rectus:ergo per corolariū prime huius.quia.a.c.diuidit.c.b.per equalia ⁊ or/ thogonaliter ipsa transit per centrū.similiter quoq3.a.f.transit per centrum. qua diuidit .d.c .per equalia ⁊ orthogonaliter.quare.a.ē centrū qd̃ est propositum



Propositio .10.

SI circulus circulum secet.in duobus tantum locis secare necesse est.

¶ Sint si possibile est duo circuli secantes se in pluribus q̃z in duo bus locis super .3.puncta.a.b.c.producam lineas.a.b.⁊.a.c. quas diuidam per equalia in punctis.d.⁊.e.⁊ producam a puncto.e.line am.e.f.per pendicularem super lineam.a.c.⁊ a puncto.d.lineam.d. f. ꝑpendicu/ larem super lineam.a.b. ⁊ secent se due linee.e.f.et.d.f.i puncto. f. eritq3 per co/ rolarium prime huius punctu3.f.centrum circuli vtriusq3 qd̃ est impossibile. per 5.huius.



Propositio .11.

SI circulus circulum contingat.lineaq3 per centra eorum transeat.ad punctum contactus eaꝝ applicari necesse est.

¶ Si enim linea transiens per centra duorum circulorum.c.e.et.d.e sese contingentium intra vl' extra.nō vadit ad locum contactus se/ cet circūferentiam vtriusq3:sitq3.a.centrum circuli.e.d.et.b. centrū circuli.e.c.et ducatur linea recta.a.b.c.d.secans circūferentiam vtriusq3: et ducan tur linee a puncto.e.qui sit locus contactus ad centra que sunt. e.a.e.b. eruntq3 in cōtactu interiori.p.20.p̃mi due linee.e.b.⁊.b.a.longiores.e.a.q̃re longiores.a d.est enim.a.ceutrū circuli.e.d.⁊ qm̃.b.c.est equalis.e.b.qm̃ .b.est centrum circu li.e.c.erit.c.a.longior.a.d.qd̃ est impossibile.¶ In cōtactu vero exteriori erūt due linee.a.e.⁊.e.b.longiores.a.b.quare.a.d.⁊.c.b.maius erūt q̃ꝑ tota.a.b.qd̃ est fal sum.



Propositio .12.

SI circulus circulum contingat siue intrinsecus siue extrin secus.in vno tantum loco contingere necesse est.

¶ Si eni fuerit possibile.vt circulus circulū cōtingat in duob⁹ locis intra vl' extra cōtingat circulū.a.b.c.d.circulus.a.b.e.interi⁹ i duo/ bus p̃ctis.a.b.vel exteri⁹ circulus.c.d.f.i duob⁹p̃ctis.c.d. Cū er/ go ducemus lineā rectā ab.a.ad.b.si ipsa cadat extra circulū .a.b.e. interiorē ac/ cidet ꝓtrariū secūde hui⁹.Qd̃ si ipsa cadat intra ipsū:cū diuiserimus ipsā p equa/ lia ⁊ eduxerim⁹ a p̃cto diōis ꝑpendicularē ad ipsā.fueritq3 applicata circumfe/ rentie ex vtraq3 ꝑte ipsa trāsibit p centrū amboꝝ circuloꝝ.quare accidet cōtrarium premisse.¶ In circulo vero cōtingente exteri⁹ in p̃ctis.c.d.si ducam⁹ lineā rectā a puncto.c.ad punctū.d.necesse est accidere ꝓtrariū ꝑ hb⁹.quare vtrūq3 ipossibile



Propositio .13.



Recte linee in circulo si fuerint equales eas a centro equidistare. ⁊ si a centro equidistiterint equales esse necesse est.

Sit vt in circulo.a.b.c.d.cuius centrum sit.e.duc linee.a.b.⁊.c.d sint equales.dico ꝙ ipse equidistant a centro ⁊ econuerso. Producãtur enim a centro.e.linee.e.f.⁊.e.g.perpendiculares ad.a. d.⁊.b. c. eritq; per.2. partem tertie hui⁹.a.d.diuisa per equalia.in.f.⁊.b.c.in.g:q; ergo duo latera.e.d ⁊.d.a.trianguli.e.d.a.sunt equalia duobus lateribus.e.c.⁊.c.b.trianguli.e .c.b. ⁊ basis.e.a.basi.c.b.erit per.8.primi angulus.d.equalis angulo.c.⁊ q; duo latera.e.d.⁊.d.f.trianguli .e.d. f.sunt equalia duobus lateribus.e.c.⁊.c.g.trianguli e.c.g.Nam.d.f.est equalis.c.g.eo ꝙ tota.a.d.posita est equalis. b.c.⁊ angulus d.est equalis angulo.c.erit per.4.primi basis.e.f.equalis basi.c.g. ⁊ quia iste sũt ꝑpẽdiculares veniẽtes ad eas a cẽtro patet ꝑ diffinitionẽ:siue.4.hui⁹ipsas eq̃liter distare a centro. Aliter idem. Quadratũ enim.e.d.per penultimam primi valet quadrata duarum linearum.e.f.⁊.f.d.⁊ quadratum.e.c.quadrata duarũ linearũ que sunt.e.g.⁊.c.g.⁊ quia quadratum.d.e.est equale quadrato.e.c.⁊ quadratum d.f.quadrato.g.c.erit quadratũ.e.f.equale quadrato.e.g.quare.e.f.est equale.e. g.sicq; patet idem. Sit ergo.e.f.equalis.e.g.qõ est eas equaliter distare a centro. dico tunc ꝙ .a.d.est equalis.b.c.d.e.quadratis enĩ duarum linearum.e.d.⁊.e.c. equalibus demptis quadratis duarum linearum. e.f.⁊ .e.g. equalibus remanẽt per penultimam primi quadrata duaru; linearum.f.d.⁊.g. c.q̃ per cõmunẽ scientiam necesse est esse equalia:quare.f.d.est equalis.g.c.ergo duplum.f.d.qõ est.a. d.est equale duplo.g.c.quod est.b.c.⁊ hec est scõa pars propositi.

Propositio .14.



Si intra circulum plurime recte linee ceciderint diametrũ eius omnium longissimam. eiq; propinquiores remotioribus longiores esse necesse est.

Sit vt in circulo.a.b.c.cuius centrum.e.cadant plurime linee que sint.a.b.a.c.a.d.f.g.h.k.sitq;.a.c.d.diameter.dico ipsam esse longissimam ⁊ alias tanto maiores quanto sunt ipsi propinquiores. ducantur enim a centro.e. linee ad extremitates omnium que sint.e.b.e.c.e.f.e.h.⁊.e.k.eruntq; per.20.primi duo latera.e.f.⁊.e.g.trianguli.e. f.g.longiora.f.g.⁊ quia ipsa sunt equalia.a.d.erit.a.d.maior.f.g.eadem ratione maior erit q̃.a.c.quia.a.e.⁊.e.c. sunt maiora.a.c.⁊ equalia.a.d.ergo.a.d.maior est.a.c.sic quoq; est maior.h.k. ⁊ maior etiã q̃.a.b. Qõ autem.f.g.sit maior.h.k. ⁊.a.c.a.b.patet.quia per.24. primi cum duo latera.f.e.⁊.e.g.trianguli.f.e.g.sint equalia duobus laterib⁹.h.e. ⁊.e.k.trianguli.h.e.k.⁊ angulus.f.e.g.maior angulo.h.e.k.erit basis.f.g.maior basi.h.k. Similiter quoq; quia.a.e.⁊.e.c.sunt equalia.a.e.⁊.e.b.⁊ angulus.a.e.c maior angulo.a.e.b.erit basis.a.c.maior basi.a.b.⁊ sic est propositum.

Propositio .15.

Si ab altero terminorũ diametri cuiuslibet circuli orthogonaliter linea recta ducatur:extra circulum eam cadere necesse est. Atq; inter illam ⁊ circulũ aliã lineã rectã ca

pi impossibile est ¶ Angulum autem ab illa ⁊ circũferentia contentũ. omnium acutorum angulorum esse angustissimum. ¶ Angulum vero intrinsecum a diametro ⁊ circumferentia contentum omnium angulorum acutorum esse amplissimum necesse est. ¶ Unde etiam manifestũ est omnem lineam rectam a termio diametri cuiuslibet circuli orthogonaliter ductam circulum ipsum contingere.

¶ Sit vt a termio a diametri.a.c.circuli.a.b.c.cui⁹ cĕtꝗ.d.ducaĩ linea orthogonaliter: dico ꝙ ipsa cadit extra circulum.⁊ ꝙ inter lineam illam ⁊ circũferentiã nulla alia recta linea itercipiĩ: ⁊ ꝙ angulus quĕ ipsa ⁊ circũferẽtia cõtinet ẽ minor omni angulo rectilineo qui videlicet a duabus rectis lineis continetur. ⁊ ꝙ angulus cõtentus a diametro ⁊ circumferentia est maior omni angulo rectilineo acuto. ¶ Si enim linea ducta. ab.a orthogonaliter super.a.c.lineam: potest cadere infra circulũ.sit illa linea.a.b.⁊ ducatur linea.a.d.b.eritqꝫ per.5.primi angul⁹.d.a.b.equalis angulo.d.b.a.⁊ quia angulus.d.b.a.est rectus per ypothesim.habebit triangulus.a.b.d.duos angulos rectos quod est impossibile.p.32.primi: ¶ Cadet ergo extra sitqꝫ.a.e.ꝙ si inter ipsam ⁊ circũferentiã põt linea recta intercipi sit illa a.f.ad quã ducaĩ perpendicularis.d.g.⁊ quia angulus.d.g.a.est rectus.erit p.18. primi linea.a.d.longior linea.d.g.quod est impossibile.quare inter ipsam ⁊ circũferentiã nulla linea recta intercipieĩ. ¶ Propter quod patet ꝙ angul⁹ cõtentus.ab e.a.⁊ circũferentia qui dicitur angulus contingentie ẽ minor omni angulo a duabus rectis lineis contento. Si enim aliquis rectilineus angulus esset angulo cõtingentie equalis.aut eo minor cum omnis talis possit per equalia diuidi secũdũ doctrinaꝫ.9.primi inter lineã.a.c.⁊ circũferentiam posset linea recta itercipi ꝙ monstrauimus esse nõ posse.per quod patet angulum contentum a diametro ⁊ circũferentia omnium acutorum rectilineorum esse maiorem.quia non differt a recto nisi in angulo contingentie quem monstrauimus esse minorem omni rectilineo. ¶ Corolariũ patet per primam partem. Cum enim linea.a.e.in vtrãqꝫ partem erecta non secet circulum ⁊ tangat ipsum in puncto.a.ipsa est contingens p diffinitionem. ¶ Ex hoc notandum ꝙ nõ valet ista argumentatio. hoc transit a minori ad maius.⁊ per omnia media.ergo per equale.nec ista contingit reperire maius hoc ⁊ minus eodem ergo cõtingit reperire equale.hoc autem sic patet. Sit circulus.a.b. super centrum.c.cuius diameter .a.c.b. ⁊ ducatur ab eius termino a.linea.a.d.orthogonaliter: eritqꝫ contingens circulum per corolarium huius. Describaĩ iterũ sup pũctũ.a.ꝑm quãtitatẽ diametri.a.b.circul⁹.b.e.d.⁊ imagineĩ linea.a.b.moueri super punctum.a.per circumferentiam arcus.b.e.d.ita ꝙ punctum.b.numeret omnia puncta arcus.b.e.d.quousqꝫ perueniat ad lineam. a.d. ⁊ cooperiat ipsam.⁊ quia angulus.b.a.d.est rectus: erit vt nõ sit sumere aliquem angulum acutum cui equalẽ non fecerit linea.a.b.cum diametro .a.c.b. minoris circuli.quia transiuit ad angulum rectum diuumerans situm omnium angulorum acutorum quorum manifestum est quosdam esse minores angulo semicirculi contento a semicircumferentia . a.b . ⁊ diametro.a .c.b. ⁊ angulum rectum manifestum est esse maiorem eodem. Dico ꝙ nullus in transitu ab acutis minoribus ad recto maiorẽ intermedius fuit ei equalis. Si eni fuerit aliquis: sit vt illũ fecerit linea .a. b. cum punctus. b.fuit in puncto .c. arcus .b. e. d. quia ergo angulus











c.a.b.est equalis angulo semicirculi predicto:angulus aũt semicirculi ẽ amplissim⁹ omniũ acutoꝝ ꝑ vltimã partẽ huius:erit angulus.e.a.b.amplissim⁹ omniũ acutorũ:diuidat̃ ergo angulus.e.a.d.sicut proposuit.9.primi ꝑ equalia ducta linea.a.f. eritq3 ꝑ cõceptionẽ angulus.f.a.b.ãplior angulo.e.a.b.quare erit aliq̃d ãpli⁹amplissimo quod ẽ ipossibile. ¶ Vel sic cũ angulus e.a.b.sit equalis angulo semicirculi sicut ponit̃. At angulus semicirculi cũ angulo cõtingẽtie ẽ equalis vni recto. Similiter quoq3 angulus.e.a.b.cũ angulo.e.a.d.ẽ equalis vni recto:erit angul⁹.e.a d.equalis angulo cõtingentie:ꝛ qꝛ angulus cõtingentie ẽ angustissimus omnium acutoꝝ per.3.ꝑtem huius:erit simliter angulus.e.a.d.sibi equalis angustissimus omniũ acutoꝝ.sed angul⁹.e.a.f.ẽ eo angustior ꝑ cõceptionẽ:erit ergo aliquid angustius angustissimo quod ẽ impossibile: ¶ Non ergo erit angulus rectilineꝰ equalis angulo semicirculi ꝛ qꝛ trãsitur a minori ad maius ꝛ non ꝑ equale. Itẽ qꝛ est reperire minorẽ eo ꝛ maiorẽ :patet instantia cõtra vtrãq3 argumẽtationẽ predictam Vnde per interemptionem ad illud est respondendum.

Posset probari quod angulus contingentie est diuisibilis scõm lineã rectã vt cõstat per figurationẽ hic a latere positam. Certum ẽ qꝑ angulus qui causat̃ ex cõtactu duoꝝ circuloꝝ vel spaꝝ ẽ angulus contingentie ꝛ talis diuidat̃ per lineã.c.g: qꝛ hic habet̃ triangulus. b.g.k.cuius basis.b.k.diuidatur per equalia in puncto.e.ꝛ protrahat̃ versus.g.contactum ꝛ arguitur per.4.primi. deinde ꝑ.26, huius ꝛ patet ꝓpositum.

Propositio .16.

Dato puncto ad datum circulũ lineã cõtingentẽ ducere.

¶ Sit circulus datus.a.b.cui⁹ centꝝ.c.punctusq3 datur.d.volo ergo a puncto.d.ducere lineã ꝯtingentẽ circulũ.a.b.ꝓduco lineã.d.c.secantẽ circũferentiã circuli.a.b.in puncto.a.supꝝ quã describo circulum.d.e.secũdũ quãtitatẽ linee.d.c.concẽtricũ circulo.a.b.ꝛ a pũcto a.produco lineam.a.e.ꝓpendiculareꝝ ad lineã.d.c.que secet circũferentiã circuli.d e.in puncto.e. ꝛ ꝓduco lineã.e.c.secantẽ circũferẽtiã circuli.a.b.in puncto.b. deinde produco lineã.d.b.que erit cõtingens circulum.a.b.qꝛ eni duo latera.a.c. et c.e.trianguli.a.c,e.sunt equalia duobus laterib⁹.b.c.ꝛ.c.d.trianguli.b.c.d.ꝛ angulus.c.ẽ cõis vtriq3 erit ꝑ.4.primi angulus.e.a.c.equalis angulo .d.b.c. angulus autem.e.a.c.est rectus quare angulus.d.b.c.est rectus:ꝑ corolarium ergo precedentis erit linea.d.b.contingens circulum.a.b .quod est propositum.

Propositio .17.

Si circulum linea recta contingat a contactu vero ad centrum linea recta ducatur.necesse est eam super lineã contingentem esse perpendicularem.

¶ Sit linea.a.b.contingens circulum.c.e.cuius centrũ sit.d.in puncto.c.qui iungatur cũ centro per lineam.c.d. dico hanc esse perpendicularem super lineam contingentem. Si enim non est perpendicularis ad ipsã. sit ergo.d.f.perpendicularis ad eandem que secet circũferentiam circuli i puncto e.eritq3 vterq3 angulorum qui sunt.ad.f.rectus igitur per.18. primi linea. c.d.est maior linea.d.f.quod est impossibile: Constat itaq3.d.c.esse perpendicularem super.a.b.quod est propositum.



Propositio .18.

SI circulũ linea recta cõtingat: ⁊ a cõtactu in circulũ linea quedã orthoganaliter ducat. i eadẽ cẽtꝫ eẽ necesse ẽ.

¶ Sit vt prius linea.a.b.contingens circulum.c.c.in puncto.c. ⁊.a contactu ducat intra circulũ.c.e.linea perpendicularis ad lineam.a.b.dico ꝙ centrum circuli est in linea.c.c.⁊ est cõuersa prioris. Si enim non fuerit centrũ in linea.c.c.sit alibi vbicunqꝫ cõtingat.sitqꝫ.d.⁊ ꝓducat linea.d c.eritqꝫ.d.c.per premissam perpendicularis ad lineã.a.b.qõ est impossibile cũ.e.c.posita sit perpendicularis ad ipsam:quare patet propositum.

Propositio. 19.

SI intra circulum angulus supra centrũ consistat: alius vero angulus supra circũferẽtiã cõsistẽs cãdẽ basim habeat inferior superiori duplus erit.

¶ Sit vt in circulo.a.b.c. cuius centrũ.d .fiat angulus. a.d.c.super centrũ ⁊ angulus.a.b.c.sup circũferentiã.sitqꝫ vtriusqꝫ anguli cadẽ basis q̃ sit arcus.a.c.dico angulũ.a.d.c.duplũ esse ad angulũ.a.b.c. ¶ Qõ sic ꝓbatur. Aut eni due linee.a.b.⁊.b.c.iludũt duas lineas.a.d.⁊.d.c.aut altera cadꝫ fit linea vna cũ altera reliquaꝫ.aut etiã altera primarum secat alterã postremarũ ¶ Sit ergo primo vt includant eos vt in prima figuratione apparet.⁊ producatur linea.b.d.e.eritqꝫ per.32.primi:angulus.a.d.e.extrinsecus equalis duob⁹ intrinsecis qui sunt.b.a.d.⁊.a.b.d.anguli ⁊ quia ipsi sunt equales per.5.eiusdẽ erit angulus.a.d.c.duplus ad angulũ.a.b.d.similiter quoqꝫ erit augulus.e.d.c. duplus ad angulũ.d.b.c.quare totus angulus.a.d.c.duplus ẽ ad totũ angulũ. a.b.c.qõ est propositum. ¶ Qõ si altera duaꝫ linearum.a.b.⁊.b.c.fiat linea vna cũ altera duaꝫ lineaꝫ q̃ sunt.a.d.⁊.d.c.vt in secũda figuratione apparet.per casdẽ ꝑ quas prius:⁊ simili mõ liquet ꝓpositum. ¶ Qõ si altera duarum primaꝫ secet alteram duarum postremarum.vt in.3.figuratione apparet.vbi linea.a.b.secat lineã.d.c. producatur linea.b.d.e.eritqꝫ per casdeꝫ quas prius assumpsimus ⁊ simili modo angulus.e.d.a.duplus ad angulũ.d.b.a.⁊ totus angulus.e.d.c.duplus ad totũ angulũ.d.b.c.quare angulus.d.b.c.dupl⁹ ẽ ad angulũ.a.b.c. qõ est propositum.



Propositio .20

SI in vna circuli portione anguli super arcum consistant angulos quoslibet esse equales necesse est.

¶ Sit vt in portione.a.d.b.circuli.a.d.b.cuius centrum.f.cõsistant quoslibet anguli super arcum.a.d.b.qui sũt.c.d.e.dico eos eẽ equales.protrahatur eni corda.a.b.⁊ ab eius extremitatibus :ducantur in centrum linee.a.f.⁊.b.f.eritqꝫ per premissam angulus.f. consistens super centrũ ad vnũquẽqꝫ eorum.duplus:quare ipsi sunt equales:qõ est propositum.

Propositio .21.

SI intra circulum quadrilaterũ describat. quoslibet eius duos angulos ex aduerso collocatos duobus rectis angulis equos esse necesse est.

¶ Sit quadrilaterũ.a.b.c.d.inscriptũ circulo.a. b.c.d. dico quosqꝫ duos ei⁹ angulos ex aduerso collocatos eẽ eq̃les duob⁹ rectis. ꝓtrahant eni in q̃drilatero diamertri.a.c.b.d.eritqꝫ ꝑ premissã angulus. c.b.d. eq̃lis



angulo.c.a.d.⁊ angulus.a.b.d.angulo.a.c.d.quare totus.a.b.d.erit eq̃lis duo/ bus angulis qui sunt.a.c.d.⁊.c.a.d.⁊ quia ipsi cum angulo.a.d.c. sunt eq̃les duo bus rectis.per.32.primi: erunt duo anguli.b.totalis.⁊.d.totalis equales duob⁹ rectis quod est propositum. Similiter quoqꝫ probabitur angulos. a.⁊.c. totales esse equales duobus rectis.

Propositio .22

DUas circuli similes portiones inequales.super vnam re/ ctam lineam assignatã.ex eadẽ parte cadere impossibile ẽ

¶ Sit linea recta assignata.a.b.sup quã fiat portio circuli.a.c.b.di/ co ꝙ sup eandem lineã ex parte eadem non fiet alia portio que sit si milis huic.⁊ ea maior aut minor. ¶ Nõ si fuerit hoc possibile fiat er go portio.a.d.b.maior ea que tamen sit similis ei.fiat ergo angulus.a.c. b.ĩ por tione minori.⁊ angulus.a.d.b.in maiori.erit ergo vt linee.a.d.⁊ .d.b. includant lineas.a.c.⁊.c.b.vt pꝫ ĩ figuratiõe prima. Aut vt altera primarum fiat eadem cum altera postremaꝫ.vt in scõa.aut vt altera secet alteram vt in tertia. ¶ Nõ si fuerit primo mõ erit per.21. primi: ãgulus.c.maior angulo.d.nõ ergo sũt portiones si/ miles per diffinitionẽ. Nõ si scõo modo erit ad huc angulus.c.maior angulo.d. per. 16.eiusdem.nec sic igit̃ erũt portiones similes. Si aũt tertio modo sit ut linea a.d.secet lineam..c.b.⁊ secet circũferentiam portionis minoris in puncto.e.⁊ du/ cat̃ linea.e.b.eritqꝫ ꝑ cãdẽ.16.primi:angulus.a.e.b.ꝓsistẽs ĩ portiõe.a.c.b.maior ãgulo.d.sꝫ.e.ẽ eq̃lis.c.ꝑ.20.b⁹ q̃re.c.ẽ maior.d.q̃re nullo mõ sil̃es. ¶ Sil̃i quoqꝫ mõ ꝓbabis ꝙ sup lineã. a.b.nõ fiet portio sil̃is portioni.a.c.b.mior.e.a.posito.c in loco.d.⁊.d.in loco. c.in figurationibus predictis.erit eni per premissas sꝫ per 21.⁊.16.primi:⁊ premisso modo angulus.d.omniũ figurationũ maior angulo.c. quare portiones nõ erũt similes. ¶ Et nota ꝙ licet proponatur super lineam vnaꝫ nõ posse fieri portiones similes inequales ex eadem parte.verum est tamẽ ꝙ nec ex diuersis qõ licet probare minori que est ex vna parte supposita maiori que ẽ ex alia.necesse eni.erit per cõmunem sciam ipsam a maiori excedi. non ergo sunt si/ miles per hanc.22.

Propositio .23.

SI circulorum similes portiones super lineas equas fue/ rint.ipsas portiones equales esse necesse est.

¶ Sint due linee.a.b.⁊.c.d.equales super quas sint due portiones circulorum.a.e.b.c.f.d.que sunt similes.dico ꝙ ipse sunt equales. si enim non sunt equales altera earum supposita alteri excedet ma/ ior minorem. sed linea .a.b.non excedet lineam.c.d.nec excedetur ab ea: cum sint equales.quare accidit contrariuꝫ ꝑmisse qõ ẽ impossibile.erũt eni.a.b.⁊.c.d.linea vna.

Propositio .24.

DAti semicirculi.sine semicirculo maioris minorisue porti onis circulum perficere.

¶ Intentum per hanc cõclusionẽ est ex omni arcu dato sine ex omni circuli portione data perficere circulum. Sit ergo.a.b. quilibet arc⁹

ex quo volo perficere circulum protraham in eo duas lineas qualitercunq; cõtin
gat que sint.a.c.⁊.b.d.quas dividam per equalia.a.c.quidã i puncto.e.⁊.b.d.in
puncto.f.⁊ protraham.e.g.perpendicularem ad.a.c .⁊.f.h .perpendicularem ad
b.d.que secent se in puncto.k.critq; per corell.prime huius centrũ circuli in vtra/
q; linearum.e.g.⁊.f.h.quare centrum est punctũ.k. Si autem.e.g.non secet. f.h.
sed sint linea vna.quãadmodũ erit si due linee.a.c.⁊.b.d.sint equidistantes tunc
ipsa applicabit circũferẽtie dati arc⁹.ex vtraq; pte ipsa igit diuisa p medium i pũcto
k.erit ibi centrũ circuli per idem corell. Equidistantes autem non erũt.e.g. ⁊.f.h.
quia cum in vtraq; sit centrum circuli per dictum corell.essent eiusdem circuli duo
centra.Sic potest de omni arcu siue de omni portione cõmuniter demõstrari qua
liter inde circulus perficiatur. ¶ Quia tamen auctor videt hanc cõclusionẽ varia/
re fin diuersas species arcuũ omniũ portionũ enumerãdo species:demõstrabim⁹
diuisim per species qualiter ex omni portione data circulus perficiatur. Sit ergo
primũ.a.b.portio data semicirculus.critq; per diffinitionẽ semicirculi.linea .a.b.
diametri.ea igitur diuisa per medium in puncto.c.erit.c.centrũ circuli. ¶ Sit rur
sus portio.a.c.b.semicirculo maior cuius corda sit.a.b.quã diuido per equalia in
puncto.d.a quo duco.d.c.perpendicularem ad ipsam que transibit per centrum
per corell.prime huius:⁊ protrabo lineam.a.c.⁊ quia linea.a.b.est minor diame
tro cum sit.a.c.b.portio maior semicirculo:erit.a.d: minor semidiametro.sed.d.c
est maior semidiametro. ergo.d.c.est maior q̃;.a.d.ergo per.19.primi: angulus
c.a.d.est maior angulo.a.c.d.fiat itaq; per.23.primi:angulus.c.a.e equalis an/
gulo.a.c.d.producta linea.a.e.que secet lineam.c.d.in puncto.e.critq; p sextã pri
mi.linea.a.e.equalis linee.e.c.producat igitur linea.e.b .critq; per.4.primi linea
e.b.equalis linee.a.e.quare tres linee.e.a.e.b.e.c.sunt equales ergo per.9.huius
e.est centrum circuli. ¶ Sit iterum.a.c.b.portio minor semicirculo.cuius corda sit
a.b.quã diuido per equalia in puncto.d.a quo produco lineam.c.d.e.perpendicu
larem ad lineã.a.b.que secet circũferentiam in puncto.c. hãc manifestũ est transi
re per centrum per corelarium prime huius.produco iterũ lineam.a.c:critq; an/
gulus.a.c.d.maior angulo.c.a.d.si est equalis erit portio.a.c.b, semicirculus.⁊ si
minor erit maior semicirculo:positũ est autẽ q̃ sit minor.produco igitur lineã .a.
e.que cum linea.a.c.faciat angulũ equalem angulo.c.⁊ secet lineam.c.f.in puncto
e.⁊ manifestũ ẽ q̃ punctum.e.cadat extra datam portionẽ.⁊ produco lineam.e.b
⁊ quia angulus.a. totalis est equalis angulo.c .erit per.6.primi linea.e.a.equalis
linee.e.c.⁊ quia per quartã primi linea .e.b.est equalis linee. e.a. erit per.9. hu/
ius punctũ.e.centrum circuli quare patet propositum fm omnes species portio/
num circuli.



Propositio 25.

Si in equis circulis seu super centra.seu sup circũferẽtias equales anguli consistant.super equos arcus eos cadere necesse est.

¶ Sint duo circuli equales.a.b.c.cuius centrũ.d.⁊.e.f.g.cuius cen trũ.h.⁊ fiãt supra cẽtra eorũ duo anguli.a.d.c.⁊.e.h.g. qui ponant equales.dico duas arcus.a.b.c.⁊.e.f.g.esse equales.protrahantur due linee.a.c. ⁊.e.g.⁊ fiant duo anguli in circũferentiis ipsorũ consistentes supra predictos ar cus qui sint angulus.a.b.c.⁊ angulus.e.f.g.quia ergo circuli sunt equales. erunt



per diffinitionez equalium circulorum semidiametri equales: ⁊ quia duo anguli.d ⁊.h.sunt equales erit per.4.primi: linea .a.c.equalis linee.e.g.⁊ per.19.huius erit angulus.b.equalis angulo.f.cum.d.angulus sit equalis angulo.h.ergo per diffi/ nitionem similium portionum due portiones.a.b.c.⁊.e.f.g.sunt similes: ⁊ qꝛ ipse sunt sup lineas:a.c.⁊.e.g.equales ipse erunt equales per.23. huius: quare arcꝰ.a b.c.⁊.e.f.g.sunt equales. Qꝛ̄ si anguli.b.⁊.f.qui sunt in circũferentia ponantur equales erunt per diffinitionẽ portiones similes ⁊ anguli.d.⁊.h .equales p.19. hu ius: ⁊ quia circuli sunt equales per positionem erunt per .4. primi: due linee.a.c. ⁊.e.g.equales quare ut prius portiones equales per.23.huius cum sint similes ⁊ super equales lineas.igitur ⁊ arcus equales: quod est propositum.



Propositio .26.

Si in equis circulis equi sumãtur arcus.infra illos forma/ tos angulos. qui supra centra eoꝝ seu supra circumferẽ/ tias cõstituãtur equos esse necesse est.

Sint vt prius duo circuli.a.b.c.cuius centrũ.d.⁊.e.f.g.cuiꝰ centrũ h.sintqz duo arcus.a.b.c.⁊.e.f.g.equales fiantqz super ipsos arcus duo anguli in centro qui sint .d.⁊. h.ductis.a.d.c.d.e.h.g .h. Itemqz super eos/ dem arcus fiant duo alii anguli in circumferentia qui sint.b.⁊.f.ductis lineis.a.b c.b.e.f.⁊.g.f.dico duos angulos d.⁊.h.adinuicẽ eẽ eq̃les Itẽqz duos.b.⁊.f.adinu icem esse equales ⁊ est hec conuersa prioris.si enim non sunt.d.⁊. h.anguli ad in uicem equales: sit ergo.h.maior a quo abscindatur angulus.k.h.g.qui sit equalis angulo.d.eritqz per premissam arcus.k.e.f.g.equalis arcui.a.b.c. sed duo arcus a.b.c.⁊.e.f.g.positi sunt equales: accidet ergo partẽ esse equalem toti: quod ẽ im/ possibile: quare anguli.d.⁊.h.totales sunt equales. Simili quoqz modo proba bis angulos.b.⁊.f.esse equales. vel si maius probato ꝙ anguli.d.⁊.h.sint equa/ les.sequitur.b.⁊.f.esse equales per.19.huius ⁊ econuerso.

Propositio .27.

Si in circulis equalibus eque linee arcus resecent. arcus quoqz equos esse.si antẽ linee ĩequales fuerint arcꝰ quo qz inequales.⁊ a maiore linea maiorem arcum: a minore vero minorem abscindi necessariũ est.

Sint duo circuli equales.a.b.c.cuius centꝝ.d.⁊.e.f.g.cuiꝰ cẽtruz h.sitqz corda.a.c.eq̃lis corde.e.g.dico duos arcus.a.b.c.⁊.e.f.g.quos p̃dicte cor de ex predictis circulis resecant esse equales. Qꝛ̄ si corda.e.g.ponat̃ maior corda a.c.dico arcũ.e.f.g.esse maiorẽ arcu.a.b.c. Primũ quidem sic probat̃ ducantur a centris linee ad extremitates cordaꝝ que sint.d.a.d.c.h.e.h.g.⁊ quia circuli posi ti sunt fore eq̃les.erũt hee semidiametri equales.⁊ qꝛ linea. a.c. posita est equalis linee.e.g.erit per.8.primi: angulus.d.equalis angulo.h.totali: quare per.25.huiꝰ erit arcus.a.b.c.equalis arcui.e.f.g.sicqz patet primum. scõm sic. sit.e.g. maior a.c.eritqz per.25.primi angulus.h.maior angulo.d.fiat ergo angulus.f.h.g.eq̃/ lis angulo.d.eritqz per.25.huius arcus.f.g.equalis arcui.a.b.c.quare arcus. e.f. g.est maior arcu a.b.c.quod est scõm. ꝓpositũ.





Propositio .28.



Circulorum equalium equos arcus.equas cordas habere necesse est.

¶ Sint duo circuli equales.a.b.c.cuius centrum.d.et.e.f.g .cui⁹ centrum.b.sitq3 arcus.a.b.c.equalis arcui. e.f.g. dico ꝙ corda.a. c.est equalis corde.e.g.et est hec conuersa prime partis premisse. ¶ Ducãt lineе.d.a.d.c.b.e.b.g.eruntq3 per.26.huius anguli.d.et.b.equales:quare ꝑ quartam primi:erit.a.c.equalis.e.g.quod est propositum. Quecunq3 autem probate sunt passiones de diuersis circulis equalibus intellige multo fortius veras esse de eodem.

Propositio .29.



Datum arcum per equalia dividere.

¶ Sit datus arcus.a.b.c.cui subtendatur corda.a.c.que diuidat̃ per equalia in puncto.d.a quo ducatur perpendicularis ad ipsa3 que sit d.b.secans circũferentiam dati arcus in puncto.b.quẽ dico dividere datum arcum per equalia.ducantur enim lineе.b.a.b.c.que erũt eq̃les per.4. primi quare ꝑ primã partem.27.hui⁹ arcus.a.b.erit equalis arcui.b.c. quod est propositum.



Propositio .30.

Si rectilineus angulus in semicirculo supra arcum consistat.rectus est. Si vero in portione semicirculo minore recto maior. Si autem in portione semicirculo maiore recto minor. ¶ Itemq3 omnis portionis angulus semicirculo maioris recto maior. minoris vero recto minor de necessitate erit.



¶ Sit vt in circulo.a.b.c.cuius centrum.d.et diameter.a.d.c.semicirculus. a.b.c. in cuius semicirculi circumferentia fiat angulus.a.b.c.ductis lineis.a.b.et.b.c.dico illum angulum esse rectum.protrahatur ab ipso angulo in centrum linea .b.d. eritq3 per quintã primi: angulus.a.b.d.equalis angulo.a.et angulus.d.b.c. equalis angulo.c.et quia ãgulus.c.d.b.ẽ equalis duobus angulis.d.b.a. et.a.per.32.p̃mi:ipse erit duplus ad angulum.d.b.a.eadem ratione angulus.a.d.b.dupl⁹ erit ad angulum.d.b.c.ergo duo anguli.c.d.b.et.a.d.b.dupli sunt ad totalem angulum.a.b.c.sed ipsi sunt equales duobus rectis. per.13.primi: erit igitur angulus a.b.c.totalis medietas duorum rectorum:quare rectus quod est primum propositum. ¶ Idẽ aliter protrahatur.b.c.vsq3 ad.e.eritq3 per.32.primi:angulus .a.b. c.equalis duobus angulis.a.et.c.et quia angulus.a .est equalis angulo .a.b. d.et angulus.c.angulo.c.b.d.erit angulus.a.b.c.equalis totali ãgulo.a.b.c.ergo vterq3 eorum est rectus per diffinitionem. ¶ Secõdo sic patet:sit in circulo. a.b.c. cuius centrum.d.portio.a.b.c.cuius corda.a.c.maior semicirculo:et fiat super eius circferentiam angulus.a.b.c.ductis lineis.b.a.et.b.c.dico illum angulum esse minorem recto.ducantur enim diametri.a.d.e.et linea.c.b.eritq3 per primam partem huius.b.totalis rectus.quare angulus.a.b.c.erit minor recto per cõmunem scientiam cum sit pars eius:sicq3 patet secõm. ¶ Tertium sic.Sit rursus in circulo. a.b.









c.cuius centrum.d.portio.a.b.c.cuius corda.a.c.que sit semicirculo minor: ⁊ fiat super eius circumferentiam angulus.a.b.c.ductis lineis.b.a.⁊.b.c.dico hunc angulum esse maiorem recto.producantur enim diametri a.d. e .⁊ linea.b.e. eritq3 per primam partem huius angulus.a.b.e.rectus.quare angulus. a.b.c. erit maior recto quod est tertium propositum. ¶ Quartum ⁊ quintum sic. Sint in circulo a.b.c.d.cuius centrum.e.portio.a.b.c.cuius corda.a.c.maior semicirculo ⁊ portio.a.d.c.cuius cadē corda.a.c.minor semicirculo dico angulū contentum ab arcu b.a.⁊ corda.a.c.esse maiorem recto ⁊ angulum contentum ab arcu .d.a. ⁊ corda a.c.esse minorem recto.producantur diametri .c.e.b.⁊ linea.b.a.vsq3 ad.f.eritq3 per primam partem huius angulus.b.a.c.rectus.quare per.13.primi angulus.f. a.c.est similiter rectus. Quia igitur angulus rectus est primi ⁊ secūdus pars recti euidenter patet vtrūq3.quare tota liquet hec pēthamembris conclusio. ¶ Ex istis autem duobus vltimis partibus nota etiā instantiam contra illas duas argumē/tationes ad quas tulimus instantiam.in.15.huius.transitur enim ab angulo portionis semicirculo minoris qui est minor recto per vltimam partem huius ad angulum portionis semicirculo maioris qui est maior recto per penultimam partem huius.non tamen per equale. Cum enim omnis portio circuli sit semicirculus aut maior semicirculo.aut minor:sit autem tam angulus semicirculi per primam partem.15.quā angulus portionis minoris per vltimā partē huius minor recto. portionis vero maioris sit maior recto.⁊ tñ nō erit alicui ᵒ portionis āgul ᵒ.nec simplr aliquis contentus a circumferentia.⁊ linea recta nec rect ᵒ nec eq̄lis recto. Qd̄ ut clarius pateat sit i circulo.a.b.c.cuius centrum.d.linea.a.b.cui non sit determinatus finis ex parte.b.secans ex ipso portionē semicirculo minorē.eritq3 per vltimā partem huius minor recto.huius circuli sit diameter.a.d.c.⁊ imaginetur linea. a.b. moueri ad partem.c.super punctū.a.que quādiu fuerit citra.c.vel in ipso.6.coopiens diametrum.a.d.c.faciet cum arcu angulum minorem recto. In omni autem pūcto vltra.c.velut in.e.faciet p penulť ptem b ᵒ angulū maiorē recto.trāsit ergo a minori ad maius non per equale.⁊ sicut in rectilineis angulis est reperire maiorez angulo semicirculi ⁊ minorem.non tamē equalem ut mōstratū ē .i. 15.huius:sic in angulis portionis est reperire maiorem recto ⁊ minorem non tamen equalem :vt patet ex ista demonstratione.

Propositio .31.

Si circulum linea recta contingat ⁊ a contactu in circulum quedam circulum secans recta linea preter centrum ducatur quoscunq3 duos angulos cum contingēte facit.duobus angulis qui in alternatis circuli super arcus consistunt portionibus:equales sunt.

¶ Sit recta linea.a.b.contingens circulum.c.d.e.f.cuius centrū.g .in puncto.d. a quo.d.ducatur in circulum preter centrum linea.d.f.secans ipsum.fiantq3angulus.d.c.f.consistens super arcum portionis.d.e.f.ductis lineis.c.d.⁊.c.f. ⁊ angulus.d.e.f.consistens super arcum portionis.d.e.f.ductis lineis.e.d.⁊.e.f.dico angulum.c.esse equalem angulo.b.d.f.⁊ angulum.e. angulo. a.d.f. ducantur enim diametri.d.g.b.⁊ linea.f.b.eritq3 per.17.huius.d.b.perpendicularis super. a.b. ⁊ per primam partem premisse angulus.d.f.b.rectus.quare duo anguli.a. d.b.⁊

d.f.b.ſunt equales.poſito ergo cõmuni angulo.b.d.f:erit angulus.a.d.f.equalis duobus angulis qui ſunt.d.f.b.ꝛ.b.d.f.ſed hi duo cum angulo.b. ſunt equales duobus rectis per.32.primi:ergo angulus a.d.f.cum angulo.b. equales duobus rectis.ſed angulus.a.d.f.cum angulo.b.d.f.equiualet duobus rectis per.13.primi:ergo angulus.b.d.f.eſt equalis angulo.b.ergo ꝛ angulo. c.per.20.hui⁹ ꝛ hoc eſt primum.ꝛ quia duo anguli.c.ꝛ.c.ſunt equales duobus rectis per.21. hui⁹ erit angulus.c.equalis angulo.a.d.f.quod eſt ſcõm. Vel iſtud ſcõm ſit angulus. a.d.f cum angulo.b.equiualet duobus rectis.vt premonſtratum eſt.ſed angulus.c.cum angulo.b.equiualet duobus rectis per.21.huius.ergo angulus.c.eſt equalis angulo.a.d.f.quod eſt propoſitum.

Propoſitio .32.



Super datam lineam.circuli portionẽ deſcribere capientem angulum.dato angulum equalem.ſeu rectum. ſeu maiorem ſeu minorem recto.

¶Sit.a.b.linea data ꝛ.c.datus angulus ſuper lineam a.b.volo deſcribere vnã circuli portionẽ recipiẽtẽ i circũferẽtia rectilineũ angulũ equalem angulo.c.Si igitur fuerit angulus.c.rectus diuiſa.a.b.ꝑ medium deſcribam ſuper eam ſemicirculum.factumq3 erit propoſitum.per primam partem.30. huius.¶Si autẽ ſit obtuſus ductã lineam.d.a.cum linea.b.a. continentẽ equalẽ angulum angulo.c.ꝛ a puncto.a.ducam lineam.a.e.perpendicularem ſup lineam a.d.ꝛ ſuper punctũ.b.faciã angulũ ꝑ.23.p̃mi equalẽ angulo.e.a.b.i quo obtuſus excedet rectum.ducta linea.b.f.vſq3 ad perpendicularem.a.e.eruntq3 per.6.p̃mi: linee.f.a.ꝛ f.b.equales:facto itaq3 p̃ncto.f.centro circuli deſcribam ꝑm quantitatem linee.f.a:circulum.a.k.b.eritq3 per corol.15.huius linea.a.d.contingens circulum.quare per premiſſam angulus qui fit in portione.a.k.b.eſt equalis angulo.d.a.b.quare ꝛ angulo.c.quod eſt propoſitum.¶Si autem angulus.c. ſit acutus.producam lineam.a.g:continentem cum linea.a.b.angulum equalem angulo.c.ꝛ a puncto.a.ducam.a.e.perpendicularem ad lineam.a.g.ꝛ ſuper punctum b.faciam angulum equalem angulo.c.a.b.in quo rectus excedit acutũ.ducta linea b.f.vſq3 ad perpendicularez.a.e.eruntq3 per.6.primi linee.f.a.ꝛ.f.b.equales: facto itaq3 puncto.f centro circuli.deſcribam ꝑm quantitatem linee.f.a.circulum.a. k.b.eritq3 per corolarium.15.huius linea.a.g.contingens circulũ.quare per premiſſam angulus qui fit in portione.a.k.b.eſt equalis angulo.g.a. b. quare ꝛ angulo.c.quod eſt propoſitum.



Propoſitio .33.



A dato circulo :dato angulo. equum angulum capientem portionem abſcindere.

¶Sit.a.b.datus circulus.et.c.datus angulus.volo ergo a circulo.a b.abſcindere portionem vnam capientem equalez angulum angulo.c.produco lineam.d.a.e.contingentem datum circulum in puncto.a.a quo ducto in circulum lineam.a.b.continentem cum linea .a.c. angulum equalem angulo.c.eritq3 per.31.huius portio.a.b.exiſtens a parte linee.a.d.recipiens angulum equalem angulo.c.quod eſt propoſitum.



Propositio .34.

Si intra circulu3 due recte linee sese inuicem secent. q̃ sub duabus partibus vnius earu3 ꝓcedit. equũ est ei rectãgulo qd̃ sub duabus alterius linee ꝑtibus cõtinetur.

¶ Sint due linee. a.c. ⁊ b.d. secantes se in circulo a.b.c.d. super pũctũ e. dico q̃ illud rectangulum qd̃ fit ex. a.e. i e.c. equum est ei qd̃ fit ex b.e. in e.d. aut enim ambe linee a.c. ⁊ b.d. transibũt ꝑ centrum circuli aut altera tm̃ aut neutra. q̃ si ambe transeant per centrũ. erit. e. centrum circuli. omnesq3 4 linee equales: quare liquet ꝓpositum. ¶ Qd̃ si altera earũ tantum transit per centrũ sit illa. b.d. centrumq3 circuli sit. f. aut ergo. b.d. secabit a.c. per equalia aut per inequalia. secet ergo primo per equalia: eritq3 per primã partẽ. 3. huius secans eã orthogonaliter. ducatur itaq3 linea. f.c. eritq3 per. 5. secundi qd̃ fit ex. b.e. in. e.d. cũ quadrato. e.f. equale quadrato linee. f.d. quare ⁊ quadrato linee. f.e. ergo per penultimam primi ⁊ quadratis duaꝝ linearum. f.e. ⁊ e.c. dempto ergo vtriq3 quadrato. e.f. erit quod fit ex. b.e. in. e.d. equale quadrato linee. e.c. ⁊ quia. e.c. ẽ equalis. a.c. patet propositum. ¶ Qd̃ si. b.d. transiens per centrum secat. a.c. per inequalia a centro. f. ducatur. f.g. perpendicularis ad. a.c. eritq3 per secundam partem tertii huius. a.g. equalis. g.c. ⁊ ducatur linea. f.c. eritq3 per. 5. secundi quod fit ex. b.e. in. e.d. cũ quadrato. e.f.c. ⁊ ideo per penultimã primi cũ quadratis duarum linearum. f.g. ⁊. g.c. propter id qd̃ angulus. f.g.e. ẽ recto ⁊ ẽ equalis quadrato linee. d.f. ⁊ ideo linee. f.c. propter quod per penultimã primi ⁊ quadratis duarum linearum. f.g. ⁊. g.c. dempto ergo vtriq3 quadrato linee. f.g. erit quod fit ex. b.e. i e.d. cum quadrato linee. g.c. equale quadrato linee. g.c. sed per. 5. secundi quod fit ex. a.e. in. e.c. cum quadrato linee. g.e. est equũ ei quod fit ex. a.e. in. e.c. cum quadrato eiusdem. g.e. dempto igitur vtriq3 quadrato linee. g.e: erit quod fit ex. b.e. in. e.d. equale ei quod fit ex. a.e. in. e.c. quod est propositum. ¶ Qd̃ si neutra earũ transit per centrum siue altera dividat alteraꝝ per equalia siue per inequalia. producam lineam. g.f.e.b. diametrum circuli transeuntem per punctum sectionis earum. Et si altera dividat alteram per equalia. ut. b.d. a.c. tũc. g.b. dividit etiã. a.c. per equalia. ergo orthogonaliter per tertiam huius. ergo per secundum modũ huius conclusionis quod fit ex. g.e. in. e.b. equum est ei quod fit ex. a.e. in. e.c. ⁊ per tertium modum huius quod fit ex. g.e. in. e.b. equum est ei quod fit ex: b.e. in. e.d ergo quod fit ex. a.e. in. e.c. equum est ei quod fit ex. b.e. in. e.d. quod est propositum. ¶ At si neutra dividit alterã per equalia erit per tertiũ modũ huiꝰ cõclusiõis qd̃ fit ex. g.e. in. e.b. eq̃le vtriq3 eorum que fiunt ex. a.e. in. e.c. ⁊. b.e. in. e.d. quare vnum eorum erit equale alteri: quod est propositum.









Propositio .35.

Si extra circulum punctus signetur. ab eo autem ad circulu3 alia linea secãs. alia contigens due recte linee ducant̃ qd̃ sub tota secante. atq3 parte sui extrinseca continet̃ equũ est ei quadrato qd̃ ex contingente linea describitur.

Sit. a. punctus signatus extra circulum. b.c.d. cuius centrũ. e. a quo

ducantur ad circulum due linee.a.b.contingens.⁊.a.c.d.secãs.dico ꝙ illud quod fit ex.a.c.in.d.a.equum est quadrato linee.a.b.aut enim.a.d.c. transit per centrum aut non transeat:ergo primo per centrum quod est.e.⁊ ducatur linea. e.b. que per.17.huius perpendicularis erit super lineam.a.b.⁊ quia linea. d.c. diuisa est per equalia in puncto.c.⁊ est ei addita linea.d.a.erit per sextam secundi quod fit ex.c.a.⁊.a.d.cum quadrato linee.c.d.⁊ ideo cum quadrato linee. e.b. equale quadrato linee.e.a.⁊ ideo per penultimam primi equale quadratis duarum linearum:e.b.⁊.b.a.propter id quod angulus.b.est rectus.dempto ergo vtriqꝫ quadrato.e.b.erit quod fit ex.c.a.in.a.d.equale quadrato linee.a.b.quod est propositũ. ¶ Qõ si linea.a.d.c.non transit per centrum sumatur.a.f.e.g.transiens per centrũ ⁊ ducãt linee.e.d.⁊.e.b.⁊ sit.e.b.ꝓpendicularis ad.a.d.c.eritqꝫ ꝑ.3.huius d.b.equalis.b.c.quia ergo linea.d.c.diuisa est per equalia in puncto.b. ⁊ addita sibi linea.a.d.erit per.6.secundi quod fit ex.c.a.in.a.d.cum quadrato.d.b. equale quadrato linee.a.b.ergo addito vtriqꝫ quadrato.b.e.erit quod fit ex.c.a.in .a.d.cum quadratis duarum linearum.d.b.⁊.b.e.⁊ ideo per penultimam primi cũ quadrato.d.e.propter id quod angulus.b.est rectus .⁊ ideo cum quadrato.e.f. propter id quod.e.d.⁊.e.f.sunt equales.equale quadratis duarum linearum.a.b ⁊.b.e.⁊ ideo per penultimam primi quadrato linee .a.e.sed quia per sextam secundi quod fit ex.g.a.in.a.f.cum quadrato.f.e.equale est quadrato linee.a:e. qꝫ ergo vtriqꝫ eorum que fiunt ex.c.a.in.a.d.⁊ ex.g.a.in.a.f.cum quadrato linee.f.e.est equale quadrato linee.a.e.ipsa erunt inter se equalia. Dempto ergo vtriqꝫ quadrato linee.e.f.erit quod fit ex.c.a.in.a.d.equale ei quod fit ex.g.a.in.a:f.sed id quod fit ex.g.a.in.a.f.est equale quadrato linee. a.b .per premissum modum huius:ergo quod fit ex.c.a.in.a.d.est equale quadrato linee.a.b.quod est propositum. ¶ Et ex hac nota ꝙ puncto extra circulum signato si ab ipso ad circulum quolibet secantes linee ducantur rectangula que continentur sub totis. ⁊ earum portionibus extrinsecis adinuicem sunt equalia.quoniam omnia sunt equalia quadrato linee contingentis. ¶ Nota etiam ꝙ si a quolibet puncto extra circulum signato due linee contingentes ad circulum ipsum ducantur.ipse erunt adinuicem equales.erit enim quadratum vtriusqꝫ earum equale ei quod fit ex linea secante ab ipso puncto ducta in circulum.in partem eius extrinsecam .hoc autem euidentius patet per penultimam primi. ¶ Sit.a.punctus signatus extra circulum.b.c.d. cuius centrum.e.⁊ ab ipso ducantur due linee.a.b.⁊.a.d. contingentes circulum in punctis .b.d.dico ipsas esse equales. producam enim lineas. e.a. e.b.⁊.e.d. eritqꝫ per.17.huius vterqꝫ angulorum.b.⁊.d.rectus. quare per penultimam primi quadratum.a.e.erit equale duobus quadratis duarum linearum .a.b.⁊.b.e. Similiter quoqꝫ ⁊ duobus: duarum.a.d.⁊.d.e.quare quadrata duarum linearuꝫ a.b.⁊.b.e.sunt equalia quadratis duarum.a.d.⁊.d.e .⁊ quia quadrata duarum que sunt.b.e.⁊.e.d.sunt equalia:erunt quadrata duarum que sunt. a.b.⁊. a.d.equalia:ergo.a.b.est equalis.a.d.quod est propositum. ¶ Aliter etiã ducatur linea b.d. eritqꝫ per quintam primi angulus .e.b.d.equalis angulo.e.d.b. propter id quod linea:e.b.est equalis linee.e.d.⁊ quia vterqꝫ duorum angulorum.b.⁊.d. est rectus.erit per cõmunem sciẽtiam angulus.a.b.d.residuus equalis angulo.a.d.b residuo.per sextam.ergo primi est linea.a.b.equalis linee.a.d.









Propositio .36.

SI fuerit punctus extra circulũ signatus aquo due linee ad circũferẽtiã ducant̃ .altera secans.altera circumferentie applicata fueritq3 qõ ex ductu totius secantis in parte sui extrinsecam equum ei quod ex ductu applicate in seipsam fit:erit linea applicata ex necessitate circulũ contingens.

¶ Sit a punctus signatus extra circulum.b.c.d.cuius centrum.e. a quo ducantur ad circulum linea.a.b.d.secans ipsum ⁊ linea.a.c.applicata circumferentie.⁊ esto vt qõ fit ex.d.a.in.a.b.sit equale quadrato.a.c.dico lineam.a,c.esse contingentẽ ⁊ est hec conuersa prioris. Si enim non est contingens. sit ergo contingens linea a.f: eritq3 per premissam quod fit ex.d.a.in.a.b.equale quadrato linee.a.f.quare quadratum linee.a.f.est equale quadrato linee.a.c.ergo.a.c.est equalis.a.f.quod est impossibile.per.8.huius.erit ergo.a.c.contingens quod est propositu3. ¶ Idẽ ostẽsine ꝓbabiĩ maneat prior dispositio ⁊ ypothesis.⁊ si linea.a.b.d.trãsit ꝑ cẽtꝝ ducatur linea.c.e.q3 erit per.6.secundi qõ fit ex.d.a.in.a.b.cum quadrato.e,b .et ideo cum quadrato.c.e.equale quadrato.a.e.sed qõ fit ex.d.a.in.a.b.positum est equale quadrato.a.c.ergo quadratum.a.c.cũ quadrato .c.e.ẽ equale quadrato.a e. ergo per vltimã primi angulus.c.est rectus.ergo per corell̃ 15.huius linea. a.c. est contingens circulum quod est propositum. ¶ Si autem.a.b.d.non transit per centrum ducatur a puncto.d.linea transiens per centrum.⁊ quia qõ fit ex hac to/ ta in eius partem extrinsecam est equale ei quod fit ex.d.a.in.a.b.per premissam ipsum erit equale quadrato linee.a.c.quare vt prius.a.c.erit contingens circulũ.

¶ Explicit liber tertius ¶ Incipit liber quartus.



FIgura intra figuram dicitur ĩscribi quando ea que inscribitur esus in qua inscribitur.la tera vno quoq3 suorum angulorum ab interiore parte contingit. ¶ Circumscribi vero figura figure perhibetur quotiẽs ea quidẽ figura eius cui circũscribitur suis lateribus omnibus omnes angulos contingit.

Propositio. .1.

INtra datum circulum date linee recte que diametro mi/ nime maior existat equam rectam lineam coaptare.

¶ Sit linea data.a.b.circulusq3 datus.c.d. e.cui⁹ diameter.c.d.qua nõ ẽ maior linea.a.b.volo itra datũ circulũ coaptare lineã eq̃lẽ.a.b que si fuerit equalis diametro cõstat ꝓpositũ.si aũt minor ex diame tro sumat̃.d.f.sibi eq̃lis ⁊ sup puncũ.d.fm quãtitatẽ linee.d.f.describat̃ circulus f.e.g.secans datum circulum in punctis.g.⁊.c.ad alterum quorum ducatur linea a puncto.d.vt.d.e.vel.d.g.eritq3 vtralibet earum equalis linee.a. b.eo ꝙ vtraq3 earũ est equalis linee.d.f.per diffinitionem circuli:quare habemus propositũ.

Propositio .2.



INtra assignatũ circulum triangulum triangulo assignato equiangulum collocare.

Sit assignatus triãgulus.a.b.c.assignatusq3 circulus.d.e.f.volo intra hunc circulum collocare vnũ triangulum equiangulum triangulo.a.b.c. equilateruz enim non ẽ necessariũ ẽ sed ẽ possibile.produco.g.d.h.contingentem circulum in puncto.d.super quẽ facio angulum.b.d.f. ducta linea.d.f.equalẽ angulo.c.ꝛ angulum.g.d.e.ducta linea.d.e.equalem angulo.b.ꝛ protrabo lineam.e.f.eritq3 per.31.tertii angul9.e.equalis angulo.c.q2 vterq3 est equalis angulo.b.d.f.c.quidẽ per positionẽ .e .vero per.31.tertii eadẽ rõne erit angulus.f.equalis angulo.b.quare per.32.primi.d.tertius erit equalis.a.tertio.quare habemus propositum.

Propositio .3.



CIrca assignatum circulum assignato triangulo triangulũ equiangulum describere.

Sint vt prius assignatus triangulus.a.b.c. assignatusq3 circulus d.e.f.cuius centrum.g.circa hunc circulum volo describere vnũ triangulum equiangulum triangulo.a.b.c.equilaterum enim nõ ẽ necessarium sed ẽ possibile.producam basim.b.c.i vtrãq3 partem.vt fiant duo anguli extrinseci.ꝛ a centro.g.producam lineam.g.d.ad circũferentiam.ꝛ constituã angulum.d.g.e.ducta linea.g.e.equalem angulo.b.extrinseco. ꝛ.d. g.f. ducta linea g.f.equalem.c.extrinseco.ꝛ a punctis.d.e.f.producam in vtranq3 partem lineas orthogonaliter que per corol'.15.tertii erunt contingentes circulũ q̃s cõtingentes ꝓtrabã quousq3 concurrant in punctis.h.k.l. necesse est enim ipsas concurrere. cum enim vterq3 angulorum qui sunt ad.d.ꝛ vterq3 eorum qui sunt ad.e. sit rect9 si intelligatur protrahi linea.d.e.erunt duo anguli qui sunt ad partez.h. minores duobus rectis.quare ꝑ penultimã petitionẽ ĩ ꝑtem illam ꝓtracte concurrent linee l.d.h.k.e.h.eadem rõne concurrent due linee.h.d.l.k.f.l.cum vterq3 angulorum qui sunt. ad.f.sit etiam rectus. Quia ergo in quadrilatero .h.d.e.g. duo anguli.d.ꝛ.e.sunt recti.erunt duo anguli.g.ꝛ.h.equales duobus rectis.cuiuslibet enim quadrilateri quatuor auguli sunt equales quatuor rectis.vt mõstratũ ẽ supra.32 primi:ꝛ quia duo anguli.h.intrinsecus ꝛ extrinsecus sunt similiter equales duob9 rectis.ꝑ.13.p̃mi:at vero.h.extrinsec9 posit9 ẽ equalis.d.g.e.erit intrinsec9.h.equalis.h.simili quoq3 rõne erit.c.intrisecus equalis.l.ꝛ quia duo anguli.h.ꝛ.c. intrinseci sunt minores duobus rectis.per .32.primi:erunt similiter duo anguli .h.ꝛ.l. minores duobus rectis.quare per penultimaz petitionem due linee. h.c.ꝛ.l.f.ꝑtracte concurrent in puncto.k.fieq3 triangulus.h.k.l.ꝛ quia angulus.h. ẽ equalis angulo.h.intrinseco.ꝛ angulus.l.angulo.c.intrinseco.erit per.32.primi: angulus.k.equalis angulo.a.quare habemus propositum.

Propositio .4.



Intra datum triangulum circulu3 deſcribere.

¶ Sit aſſignat⁹ triãgulus.a.b.c.volo intra ipſu3 circulum deſcribere hec ē q̃ſi cõuerſa ſcõe .diuido cui duos ei⁹ angulos.a.ꝛ.b .p eq̃lia.a q̃dã ducta linea.a.d.b.vero .ducta linea.b.d.q̃ ꝓcurrãt ĩ puncto.d. a quo ducã ppẽdiculares ad tria latera ipſi⁹.d.e.q̃dẽ:ad.a.b.d.f.ad .b.c.ꝛ.d.g.ad.a.c.ꝛ quia duoꝝ triangulorꝝ.e.a.d.ꝛ.g.a.d. angulus.a.vni⁹ ē eq̃/ lis angulo.a.alterius.ꝛ vterq3 angulorũ.e.ꝛ.g.rectus ꝛ latus.a.d.cõmune. erit p 26.primi:linea.d.c.equalis linee.d.g.eadem rõne cum duorum triangulorum.c.b d.ꝛ.f.b:d.angulus.b.vnius ſit equalis angulo.b.alterius ꝛ vterq3 angulorꝝ.e. et f.rectus:latus quoq3.d.b.commune:erit per eandem.linea.e.d.equalis linee.d.f. quare tres linee.d.e.d.f.d.g.ſunt equales.poſito ergo centro in.d.ꝛ deſcripto cir culo ſecundũ quantitatẽ vnius earum tranſibit per.9.tertii per reliquarum duarũ extremitates:ꝛ quia per corol.15.tertii vnaqueq3 linearum.a.b.b.c.ꝛ.c.a. erit cõ tingens circulum.patet perfectum eſſe propoſitum.

Propoſitio .5.



Circa trigonum aſſignatum ſiue illud ſit orthogoniũ ſiue ambligonium.ſiue oxigonium circulum deſcribere.

¶ Sit trigonus aſſignatus:a.b.c.volo circa ipſum deſcribere circulũ hec eſt quaſi conuerſa tertie.diuido duo eius latera .a.b.et.a.c .per equalia.a.b.quidẽ in puncto.d.ꝛ.a.c.in puncto.e.a quibus punctis produco perpendiculares ad lineas.a.b.ꝛ.a.c.quas protrabo quouſq3 cõcurrant in puncto.f.ſintq3.d.f.ꝛ.e.f.concurrent cui qm̃ cũ vterq3 angulorꝝ.d.ꝛ.e.ſit rect⁹ ſi intelligatur ptrahi linea.d.e.fient duo anguli ad partẽ in quã protrahunt minores duobus rectis:quare cõcurrent per penultimã petitionẽ igitur a puncto. f.qui eſt punctus cõcurſus quẽ dico eſſe centrum circuli queſiti.protrahõ lineas ad ſin/ gulas angulos que ſunt.f.a.f.b.f.c.ꝛ quia in triangulo.a.d.f.duo latera.a.d.ꝛ.d f.ſunt equalia duobus lateribus.b.d.ꝛ.d.f.trianguli.b.d.f.ꝛ angulus.d. vni⁹ an gulo.d.alterius:quia vterq3 rectus:erit per quartã primi.f.a.equalis. f.b.eadẽ ra tione erit.f.a.equalis.f.c.cõpatis lateribus ꝛ angulis duorum triangulorum.a.e. f.ꝛ.c.e.f.ergo per.9.tertii punctum.f.erit centrum circuli queſiti.hec eſt vniuerſa/ lis demonſtratio ad omnes ſpẽs trigoni. ¶ Quia tamẽ auctor videt velle medium variare diſiungendo inter orthogonium ambligonium ꝛ oxigonium. de quolibet eorum ſigillatim eſt demõſtrandũ . ¶ Sit ergo trigonus propoſitus orthogonius ſitq3 angulus.a.rectus:latus.b.c.reſpiciens hunc angulũ rectũ diuido per equalia in.f.a quo puncto quẽ dico eſſe centrũ circuli ad medium punctum vtriuſq3 duoꝝ reliquoꝝ latezꝝ qui ſit.d.duco lineam.f.d.ꝛ quia linea.f.d.diuidit duo latera.a.b ꝛ.b.c.trianguli.a.b.c.per equalia:ipſa erit equidiſtans tertio .videlicet linee. a.c. hoc cui demõſtratũ eſt ſupra.39.primi:et quia angulus.a.poſitus eſt rectus .erit per ſecundã partem ꝛ per tertiam.29.primi:vterq3 angulorum qui ſunt ad .d.re/ ctus:ducatur igit̃ linea.f.a. eritq3 per quartã primi:linea.a.f.equalis linee.b.f.cõ paratis adinuicẽ lateribꝰ ꝛ angulis triãgulorꝝ.a.d.f.b.d.f.ꝛ qꝛ linea.b.f. ē eq̃lis linee.c.f.erũt.3.linee.b.f.a.f.c.f.adinuicẽ eq̃les.quare p.9.tertii erit. f. centrum circuli queſiti. ¶ Sit rurſus trigonus. a. b. c. ambligonius .ſitq3 augulus .a .



obtusus latus.b.c.respiciens huic angulum obtusum.diuido per equalia in pun
cto. h.a quo ad media puncta duorum reliquorum laterum que sunt .d. ⁊ .e.
duco lineas.h.d.⁊.h.e.eritq; .d.h.equidistans.a.c.⁊.e.h.equidistans.a.b. pro/
pter id quod demonstratum est supra.39.primi: videlicet q̃ linea secans duo late/
ra alicuius trianguli per equalia.tertio est equidistans:quare per secundam par/
tẽ.29.primi erit vterq; duoꝝ angulorꝝ.h.d.h.⁊.e.e.h.eq̃lis ãgulo.a.⁊ ideo vterq; obtusus.ductis igitur perpendicularibus.d.f.ad lineam.a.b.et.e.f.ad lineam.a.c.quousq; concurrant in puncto.f.quẽ dico esse centrum circuli. Manifestũ ẽ enim eas concurrere propter causã p̃us dictã.secabit vtraq; earum lineam. b.c .que respicit obtusum ⁊ concurrent extra triangulum.a.b.c.igitur a puncto.f.qui ẽ punctus concursus earum:produco lineas.f.a.f.b.f.c.que per quartam primi bis assumptam erunt equales cõparatis primo lateribus et angulis duorum triangulorum.a.d.f.b.d.f.deinde aliorum duorum.a.e.f.c.e.f.quare per.9.tertii.f.ẽ centrum circuli quesiti. ¶ Esto iterum vt trigonus.a.b.c.sit oxigonius diuisis omnibus eius lateribus per equalia: videlicet latus.a.b.in puncto.d.⁊ latus.a.c.i puncto.e.⁊.b.c.in puncto.h.protrabo lineas.d.e.d.h.⁊.e.h.eritq; .d.h. equidistans a.c.⁊.e.h.a.b.propter id quod demonstratum est super.39.primi:quare per secundam partem.39.primi: vterq; angulorum.h.d.h.e.e.h.erit equalis angulo.a.⁊ iõ acutus:ductis igitur perpendicularibus.d.f.ad lineam.a.b.⁊.e.f.ad lineam .a.c. manifestum est eas concurrere intra triangulum.a.b .c.sitq; punctus concursus f.quem dico esse centrum circuli:produco enim lineas.f.a.f. b.f.c. que per q̃rtam primi:bis assumptam vt prius erunt equales:quare per.9.tertii erit.f.centrum circuli quesiti. ¶ Per predicta patet q̃ si triangulus fuerit orthogonius centrum circuli circũscribendi cadet in medio lateris quod opponitur angulo recto. Si fuerit ambligonius centrum cadet extra triangulum. Si autem fuerit oxigonius cadet ĩtra triangulum.



Propositio .6.

Intra datum circulum quadratũ describere.

¶ Sit datus circulus.a.b.c.d.cuius centrum.e.volo intra ipsum describere quadratum.protrabo in ipso duas diametros.a.c.⁊.b.d.secantes se orthogonaliter supra centrum.e.quarum extremitates coniungo protractis lineis.a.b.b.c.c.d.⁊.d.a. quas dico cõtinere quadratum quesitum :ipse enim erunt equales adinuicem.per quartam primi ter assumptam propter id qõ quatuor linee.e.a.e.b.e.c.⁊.e.d.sunt equales.et quatuor anguli qui sunt.a.d.e.recti.si vnusquisq;.quatuor angulorum.a.b.c.⁊. d.est rectꝰ per primam partem .30.tertii:propter id quod quilibet eorum ẽ in semicirculo erit igitur.a.b.c.d.quadratum per diffinitionem quod est propositum.



Propositio .7.

Circa propositum circulum quadratum describere.

¶ Sit ꝓpositꝰ circulꝰ.a.b.c.d.cuiꝰ centrꝝ.e.volo circa ipm describere q̃dratũ: ꝓtrabo ĩ ipso duas diametros.a.c.et.b.d.secãtes se ortho/



gonaliter sup cẽtrũ.e.a q̃ extremitatibus duco i vtrãq; ptẽ lineas orthogonaliter quousq; q̃libet earũ pcurrãt cũ duab⁹ lateralib⁹ sintq; pũcta pcursus earũ.f.g.h.k. eritq; p coneĉ.15.tertij vterq; angulorũ qui sũt ad vnũquẽq; quatuor pũctorũ.a.b. c.d.rectus:quia ergo in quadrilatero.a.f.b.e.tres anguli.a. b.ꝛ.c. sunt recti: erit quartus angulus qui est.f.rectus:habet enim quodlibet quadrilaterum quatuor. angulos equales q̃tuor rectis:vt demonstratum est supra.32.primi :eadem rõne quilibet angulorum.g.h.ꝛ.k.erit rectus:ergo per secũdam partem.28.primi. due linee.f.g.ꝛ.k.h. Itemq; due.f.k.ꝛ.g.h.sunt equidistantes.ergo per.34.primi.f.k est equalis.g.h.ꝛ.f.g.k.h.ꝛ quia p eandẽ.f.k.est equalis.b.d.ꝛ. f.g.a.c. At vero b.d.est equalis.a.c.erũt quatuor linee.f.k.g.h.f.g.ꝛ.k.h. equales: sed ꝛ quatuor anguli.f.g.k..h. sunt recti :vt probatum est prius. ergo.f.g. k.h. est quadratum per diffinitionẽ quod est propositum.

Propositio .8.



Intra quadratum assignatum circulum describere.

Sit quadratum assignatum. a.b.c.d.volo intra ipsum describere circulũ hec est quasi conuersa .6.diuido vnũqõq; latus eius p equalia.a.d.quidẽ in puncto.f.b.a.in puncto.g.c.b.in puncto.h.ꝛ.d.c. in puncto.e.ꝛ produco lineas.e.g.ꝛ.f.h.secantes se in pũcto .k.quẽ dico esse centrum circuli.erit enim.f.h.equidistans ꝛ equalis.a.b.per.33.primi:p/ pter id quod.a.f.ꝛ.d.h.sunt equales ꝛ equidistantes.Similiter per eandem ꝛ.d.c a.b.ꝛ quia omnes medietates quatuor laterũ ipsius quadrati sunt adinuicẽ equa les erunt per.34.primi:quatuor linee.k.e.k.f.k.g.ꝛ.k.h.equales.ergo per.9.ter/ tij.k.est centrum circuli quesiti.

Propositio .9.



Circa assignatum quadratum circulum describere.

Sit quadratum.a.b.c.d.volo circa ipsum circulũ describere .hec est quasi conuersa.7. Protrahe in ipso duas diametros.a.c.ꝛ.b.d. secantes se in puncto.e.quẽ dico esse centrum circuli. Cum enim linee a.d.ꝛ.a.b.sint equales erũt per.5.primi: anguli.a.d.b.ꝛ.a.b.d.e/ quales.ꝛ quia angulus.a.totalis est rectus.erit per.32.primi:vterq; eorum medi etas recti. Simili quoq; modo ꝓbabitur quelibet partialiũ angulorum a pre dictis diametris ꝛ laterib⁹ quadrati propositi contentorum esse medietatem recti quia igitur angulus.e.a.d.est equalis angulo. e.d.a.erit per.9.primi:linea.e.a. equalis linee.e.d.eadem rõne erit.e.a.equalis.e.b.ꝛ.e.c.equalis.e.d.quare quia quatuor linee.e.a.e.b.e.c.e.d.sunt equales.erit per.9. tertii e.centrũ circuli que/ siti.quod est propositum.

Propositio .10.

Duum equaliũ laterum triangulum designare. cuius vter q; duorum angulorum quos basis optinet. reliquo du/ plus existat.

Intentio ẽ describere vnũ triangulũ duũ eq̃liũ latera ꝛ tertii ineqũlis cui⁹ vterq; angulorũ q̃ sup lat⁹ qd̃ ẽ reliq̃s i eq̃le existũt ad tertiũ du/ plus existat. Ad hoc aũt faciẽdũ sumat̃. linea q̃libet q̃ sit .a.b.que diuidat̃ fm q̃ docet.ii.scd̃i in puncto.c.ita q̃ illd̃ quod fit ex.a.b.i.b.c.sit equale quadrato. a.c

factoq; puncto.a.centro ꝟm ipsius quantitatem describatur circulus.b.d.e.intra
quē per primam huius coaptetur linea.b.d.equalis lineę.a.c.et producantur duę
lineę.d.a.d.c.dico triāgulū.a.b.d.eē ēqlis ꝓponit: circūscribat circul⁹ q̄ sit d.c.a.
per.5.huius triangulo.d.c.a.quia ergo linea.d.b.est equalis .linea.a.c.erit quod
fit ex.a .b. in.b.c .equale quadrato lineę. b.d. quare per vltimam tertii. b.d.
linea est contingens circulum.d.c.a.ꝛ per.31.eiusdem angulus.c. d.b. est equalis
angulo.c.a.d.posito ergo cōmuni angulo.c.d.a.erit totus angulus.b.d.a. equa/
lis duobus angulis.c.a.d.c.d.a.sed per.32.primi angulus.b.c.d.est ēqlis eisdē
quia extrinsecus ad ipsos.ergo angulus.b.d.a.est equalis angulo.b.c.d.ꝛ qꝛ an/
gulus.a.d.b.est equalis angulo.a.b.d.per.5.primi:eo ꝙ latera.a.d.ꝛ.a.b.sūt e/
qualia.erit angulus.b.c.d. ēqlis angulo.c.b.d.ergo per.6.primi: linea.c.d.est e/
qualis lineę.b.d.quare ꝛ lineę.c.a.ergo per.5.primi:angulus.c.a.d.est equalis an
gulo.c.d.a.quia ergo vtrq; angulorꝫ c.d.b.ꝛ c.d.a.ē ēqlis āgulo.c.a.d. erit tot⁹
angul⁹.b.d.a.dupl⁹ ad āgulū.d.a.b.ꝛ iō angul⁹.a.b.d.sibi ēqlis.dupl⁹est etiā ad
angulū.b.a.d.qō est propositū. ¶ Forsan dicet aduersarius circulū.d.c.a.circūscri
ptum trigono partiali secare circulum.b.d.e in aliquo puncto arcus.b.d.ita ꝙ si/
mul secabit lineam.b.d.vnde ipsa non erit circulo applicata.sicut in demonstra/
tione supponitur. sed ipsum secans. Sit ergo si possibile est vt ponit aduersarius
ꝛ a puncto.b.ducatur ad ipsum circulum minorem contingens.b.f.ꝛ ducantur li/
neę.f.a.f.d.eritq; per penultimā tertii qō fit ex.a.b.in.b.c.equale quadrato .b.f.
ergo.b.f.est equalis.b.d.quare per.5.primi angulus.b.f.d.est equalis angulo .b.
d.f.ꝛ quia per.31.tertii angulus.b.f.a.est equalis angulo.a.d.f.erit angulus .b.d
f.maior angulo.a .d.f.quod est impossibile.cum ipse sit pars eius. ¶ Aliter possu/
mus istud refellere ꝛ ostendere ꝙ ille minor circulus nullo modo secabit lineā. b.d
forsan enim diceret ꝙ secaret eam non secando arcum.d.b.maioris circuli. Si enī
possibile est ꝙ secet eam.sit hoc in puncto.b.eritq; qō fit ex.a.b.in. b.c. equale ei
quod fit ex.d.b.in.b.b. Demonstratum est enim supra penultimā tertii ꝙ si ab ali/
quo puncto extra circulum signato quotlibet lineę secantes ad circulum ducantur
que sub totis ꝛ earum portionibus extrinsecis continentur.equalia sunt adinuicē:
ꝛ quia quod fit ex.a.b.in.b.c.est equale quadrato.b.d.erit qō fit ex. d.b. in.b.b.
equale quadrato.d.b.quod est impossibile per secdam scōi:quare cōstat ꝓpositum
¶ Et nota ꝙ minor circulus necessario secabit maiorē ꝛ abscindet ab eo arcū vnū
equalem arcui.b.d.ꝛ maior abscindet similiter ab eodem vnum arcum equalē ar/
cui.d.c. Quod sic probat.si enim minor non secat maiorem.contingit ergo ipsum
in puncto.d.ꝛ quia per.11.tertii circulorum se contingentium centra.ꝛ punct⁹ con
tactus sunt in linea vna.erit centrū minoris circuli in linea.a.d.propter hoc ꝙ in
ea est centrum maioris ꝛ punctus contactus.ergo per.17.tertii angulus.a.d.b.est
rectus quare similiter ꝛ angulus.a.b.d.sibi ēqlis ē rectus qō ē impossibile.per.32.
primi:Secet ergo ipsuꝫ in punctis.e.d.dico arcum.e.d.maioris esse equalē arcui.
d.b.ꝛ arcum.e.d.minoris esse equalem arcui.d.c.produco lineas. d.e.c.e.ꝛ. e.a.
eritq; per.26.tertii vnusquisq; quatuor angulorum qui sunt.d.e.c.c.e.a.d.a. c.et
a.d.c.equalis alii propter id ꝙ duo arc⁹.d.e.ꝛ.e.a. sūt ēqles.p.27. eiusdē ēqre to
talis angul⁹.a.e.d.dupl⁹ ē ad angulū.b.a.d.ꝛ iō ēqlis vtriq; angulorum .a.b.d.
ꝛ.a.d.b.ꝛ qꝛ angul⁹.a.e.d.ē ēqlis angulo.a.d.c.p.5.primi: ꝓpter id qō.a. e.ꝛ.a
d.sunt equales a cētro ad circūferentiam.erūt duo anguli.e.ꝛ.d.trianguli. a.e.d.









equales duobus angulis.d.z.b.trianguli.a.d.b.ergo per.32.primi: reliquus angulus.a.vnius est equalis reliquo angulo.a.alterius:ergo per.25.tertii arcus .c.d maioris est equalis arcui.d.b.z per eandē arcus.e.d.minoris est equalis arcui.d.c.z hoc est quod proposuimus.



Propositio .11.

Intra datum circulꝫ equilaterum.atqꝫ equiangulū penthagonum describere.

Sit datus circulus.a.b.c.volo intra ipsum describere penthagonum vnū equilaterꝫ atqꝫ equiangulū.designo triangulū vnū qualeꝫ premissa proponit.qui sit.2.cui aliuꝫ equiangulum intra datū circulum describo.sicut docet secūda huius:qui sit.a.b.c.sitqꝫ vterqꝫ angulorum .a.b.c z.a.c.b.duplus ad angulum.c.a.b.vtrūqꝫ eorum diuido per equalia ductis lineis b.c.z.c.d.eruntqꝫ per.25.tertii.5.arcus in quos.5.puncta:a.d.b.c.e. diuidūt circulum adinuicē equales.propter id qd̄ quinqꝫ anguli qui in dictos arcus cadunt sunt adinuicem eqles.continuatis igitur illis quinqꝫ pūctis per lineas rectas que sunt.a.d.d.b.b.c.c.e.z.e.a.erit penthagonus.a.d .b.c.e. inscriptus dato circulo qualis proponitur:est enim equilaterus per.28.tertii cū.5.arcꝰ:quoꝫ eius quinqꝫ latera sunt corde:sunt ad inuicem equales:z etiam equiangulus per.26.eiusdem eo ꝙ quinqꝫ arcus.d.a.e.a.e.c.e.c.b.c.b.d.z.b.d.a.in quos anguli ipsius penthagoni cadunt sunt adinuicem equales:sicqꝫ constat propositum.



Propositio .12.

Circa propositum circulum pēthagonum equilaterū atqꝫ equiangulum designare.

Sit propositus circulus.a.b.c.cuius centrū.f.volo circa ipsuꝫ designare penthagonū equilaterꝫ atqꝫ equiangulum.supra circumferentiam ipsius circuli quasi ꝑm doctrinam premisse sibi inscripsissem pēthagonum quinqꝫ puncta angularia notabo.que sunt.a.d.b.c.e.ad que cētra ducam lineas.f.a.f.d.f.b.f.c.f.e.z ab eisdem punctis educam perpendiculares ad istas lineas in vtranqꝫ partem quousqꝫ concurrant in punctis.g.h.k.l.m.eruntqꝫ hee linee contingentes circulum per corolarium.15.tertii:z ad ista pūcta concursus ducam a centro lineas.f.g.f.h.f.k.f.l.f.m. Et quia monstratum est super penultimā tertii ꝙ si ab aliquo puncto extra circulꝫ signato due linee contingentes ad ipsū circulum ducant̄ ꝙ ipse erunt equales. erit linea.g. a.equalis linee.g.d.z h.d.h.b.z sic de ceteris. At qm̄ quinqꝫ arcus ī quos quinqꝫ puncta.a.d.b.c.e.diuidunt circulum.sunt adinuicem equales.erunt per.26.tertii quinqꝫ anguli.a.f.d d.f.b.b.f.c.c.f.e.e.f.a.consistentes super hos arcus in centro.f.sibi inuicem equales. Sunt autem duo latera.a.g.z.f.a.trianguli.f.g.a. equalia duobus lateribus d.g.z.f.d.trianguli.f.g.d.z latus g.f.cōmune.ergo p.s.primi:duo anguli corū q̄ sunt.a.d.f. Itēqꝫ duo anguli qui sunt.a.d.g.sunt adinuicem equales. eadē rōne duo anguli qui sunt.a.d.f.in triangulis.d.f.b.z.b.f.b. Itemqꝫ duo qui sunt .a.d b.sunt adinuicem equales. Similiter quoqꝫ singuli trium reliquoꝝ angulorū qui sunt.b.f.c.c.f.e.e.f.a.z singuli triū.qui sunt.k.l.m.diuidant̄ p equalia.primi quidem per lineam.f.k.secundi per lineā.f.l.tertii vero per lineā.f.m. z quia hii tres anguli qui sunt.b.f.e.c.f.e.e.f.a.sunt sibi inuicem equales z aliis duobꝰ q̄ sūt.a.f d.z.d.f.b.equales erunt eorum dimidia que sunt dēcē anguli facti in centro.f.ad/

inuicez equales. Quia igitur duo anguli.a.⁊.f.trianguli.g.a.f.sunt equales duo/
bus angulis.a.⁊.f.trianguli.m.a.f.⁊ latus.a.f. cōmune erit per.26.primi angul⁹
g. vnius equalis angulo.m.alterius ⁊ latus.g.a.equale lateri.a.m.eadem ratiōe
erit angulus.g.m triangulo.g.f.d.equalis angulo.b.in triangulo.d.f.b.⁊ latus.g
d.equale lateri.d.b.quare quia.g.a.est dimidiū.g.m.⁊.g.d.dimidiū.g.b.⁊.g.a.⁊
g.d.sunt equalia:erunt per cōem scientiā.g.m.⁊.g.b.conū dupla equalia. Simili/
ter quoqz ꝓbabim⁹.g.m.esse equale.m.l ⁊.m.l.l.k.⁊.l.k.k.b.quare pēthagon⁹.g
b.k.l.m.est equilaterus.sed ⁊ equiangulus: cuz enī duo anguli qui sunt ad.g.sunt
adinuicem equales. ⁊ duo qui sunt ad .m.siliter adinuicem equales. ⁊.g. partia/
lis.sit equalis.m.ꝑtiali.vtrūqz enī probatū est prius.erit per candē cōem scientiā
g.totalis equalis.m.totali.⁊ eadem rōne ꝓbabis equalitatem in ceteris angulis:
quare est equiangulus.sicqz constat propositum.

Propositio .13.

Intra equilaterum atqz equiangulum penthagonum assi
gnatum.circulum describere.

¶ Sit assignatus penthagonus equilaterus atqz equiangulus:quia
de aliis nō est necessariū hoc esse possibile.a.b.c.d.volo sibi iscribe
re circulū.hec est quasi cōuersa.11.duos eius ꝓpiquos angulos qui
sunt.a.⁊.c.diuido per equalia ductis lineis.a.f.⁊.c.f.donec cōcurrāt in pūcto.f.i
tra ipsum penthagonum quē dico esse centrum circuli: cōcurrent enim propter id
quod dimidiū totalis anguli.a.⁊ similiter totalis anguli.c.minus ē angulo recto.
¶ Si enim intra penthagonum non cōcurrēt.aut extra ipsum penthagonum aut
in latere pēthagoni.aut in eius angulo:qui vtriqz angulorū diuersoꝝ opponitur.
Concurrāt ꝗ primo extra in pūcto.f.⁊ ducatur linea.b.f.⁊ quia duo latera. c.a.et
a.f.trianguli.c.a.f.sūt equalia duobus lateribus.b.a.⁊.a.f.trianguli .b.a.f.⁊ an
gulus.a.vnius angulo.a.alterius erit per 4.primi basis.c.f.equalis basi. f.b. ⁊ qz
angulus.a.partialis ē equalis angulo.c.partiali.propter id qō.a.totalis.c. totali
erit per.6.primi.f.a.equalis.f.c.quare.f.a. est equalis.f.b. ergo per.5.primi duo
anguli.b.totalis.⁊.a.ꝑtialis sunt eq̄les.quare.a.ꝑtialis ē eq̄lis vī maior.a. totali
qō est impossibile. Concurrāt ergo in pūcto.f.super latus.b.c .eritqz arguendo ꝑ
premissas ⁊ premisso modo angulus.a.ꝑtialis equalis angulo .a.totali quod est
impossibile. Quod si forsan concurrant in angulo.c.erit per casdez ⁊ eodē modo
c.b.equalis.c.a.⁊ ideo ad huc ut prius angulus.a.partialis equalis angulo .a.to
tali. Qō qz hoc ēe nō potest sit ergo punctus concursus qui ē.f.infra penthagonū
a quo duco.5.perpendiculares ad eius.5.latera.que sunt.f.g.f.b.f.k.f.l.f.m .⁊ ad
duos eius angulos ꝓpinquos altrinsecus angulis per equalia diuisis qui sunt .b.
⁊.d.duco lineas.f.b.f.d.⁊ quia duo anguli.a.⁊.m.trianguli.a.f. m. sunt equales
duobus angulis.a.⁊.g.trianguli.a.f.g.⁊ latus.a.f. cōmune erit per.26.primi.f.
m.equalis.f.g.per eandem quoqz probabis.f.l.equalem.f.m.sumptis duob⁹ tri/
angulis.⁊.f.m.⁊.c.f.l.quia iterum duo latera.a.f.⁊.a.b.trianguli.a.f. b.sūt equa
lia duobus lateribus.a.f.⁊.a.e.trianguli.a.f.e.⁊ angulus.a.vnius.angulo.a:al/
terius erit per.4.primi angulus.b.partialis equalis angulo.e. partiali. ⁊ quia.b.
totalis equalis est.e.totali:⁊.e.totalis diuisus est per equalia erit etiam.b.totalis
diuisus per equalia. ¶ Eodem modo probabis.d.totalē diuisum per eq̄lia ꝓpter
equalitatem.d.partialis ⁊.a.partialis sumptis triangulis.e.a.f.⁊. e.d.f. qz ergo





duo anguli.g.⁊.b.trianguli.g.f.b.sunt equales duobus angulis.h.⁊.b. trianguli h.f.b.⁊ latus.f.b.cōe erit per.26.primi.f.h.equalis.f.g. Eodem modo ꝓbabis f. k.equalem.f.l.sumptis triangulis.l.f.d.k.f.d.qm igitur .5.lineę.f.g.f.h.f.k.f.l. ⁊.f.m.sunt equales.erit.f.centrum circuli.per .9.tertij .quē describemus ꝑm quātitatem vnius earum.⁊ tanget omnia latera penthagoni.ꝓpter equalitatem lineārū. ⁊ nullum eorum secabit per primam ꝑtem.15.tertij.sicq; cōstat ꝓpositum.

Propositio .14.

Circa datum penthagonum qd sit equilaterum. atq; equiangulum circulum describere.

Sit vt prius datus penthagonus equilaterus atq; equiangulus. quia de alijs non est necessariū hoc esse possibile.a.b.c.d.e.volo circa ipsum describere circulum.hec est quasi conuersa.12. Duos eius ꝓpinquos angulos qui sunt.a.⁊.e.diuido ꝑ equalia ductis lineis.a.f.⁊.f.e. quousq; concurrant intra ipsum penthagonū in puncto.f.cōcurrent enī ⁊ intra pēthagonum vt ꝓbatum est in premissa.⁊ a puncto cōcursus duco ad reliquos angulos lineas que sint.f.b.f.c.f.d.⁊ q̄ duo latera.a.f.⁊.a.b.trianguli.a.f.b.sunt equalia duobus lateribus.a.f.⁊.a.e.trianguli.a.f.e.⁊ angulus.a.vnius angulo. a. alterius erit ꝑ.4.primi.f.a.equalis.f.e.⁊ angulus.b.ꝑtialis angulo.e.ꝑtiali.⁊ quia.b.totalis est equalis.a.totali.⁊.e.totalis diuisus est ꝑ equalia.erit similiter.b.totalis diuisus ꝑ equalia.hoc quoq; modo ꝓbabis vtrūq; angulorū.c.⁊.d.diuisum esse per equalia.⁊.5.lineas.f.a.f.b.f.c.f.d.f.e.esse equales.quare ꝑ.9.tertij.f.erit centrum circuli.sicq; patet ꝓpositum.



Propositio .15.

Intra propositum circulum.exagonum equilaterum atq; equiangulum describere. Ex hoc itaq; manifestum est q̄ latus exagoni equū est dimidio diametri circuli cui inscribitur.

Sit ꝓpositus circulus.a.b.c.d.cuius centrum. e. volo sibi inscribere exagonum equilaterū atq; equiangulū. ꝓduco diametrum.a.e.c.⁊ ꝑm quantitatem semidiametri.e.c.facto centro puncto.c.describo circulum.e.b.d. secantem priorē in duobus punctis.b.d.a quibus ꝓduco duas diametros in circulo primo que sint.b.e.g.d.e.f.trium ergo diametrorū extremitates coniungo.6.lineas que sunt.a.f.f.b.b.c.c.d.d.g.⁊.g.a.quas dico continere exagonum quesitum.erit enī vt demonstrat prima primi vterq; triangulorū.b.e.c.c.e.d. equilaterus. quare et equiangulus ꝑ.5.eiusdē ergo ꝑ.32.primi duo anguli.b.e.c.⁊.c.e.d.cū vno equali vni eorum sunt equales duobus rectis ꝓpter id qd quisq; horū ē tertia duorum rectorum.sed ipsi ꝑ.13.eiusdē cū angulo.d.e.g.sunt equales duobus rectis.ergo angulus.d.e.g.e equalis vtriq; eorū.quare ꝑ.15.eiusdē. 6.anguli.qui sunt ad.e.sunt adinuicē equales.ergo ꝑ.25.tertij arcus in quos cadūt sunt equales.quare ⁊ corū corde ꝑ.28.eiusdē qui sūt latera ipsius exagoni. Equilaterus igitur ē sed ⁊ equiangulus ꝑ.26.tertij ꝓpter id qd sex arcus in quos angularia puncta exagoni diuidūt circulū bini ⁊ bini sūpti sūt adinuicē equales.vt arcus.a.f.b.arcui.f.b.c.⁊ ió angulus.f qui cōsistit in ꝑmo ē eqlis angulo.b.qui cōsistit i scdo. idē in ceteris .quare cōstat ꝓpositum. Corolarium ex hoc patet q̄ dimidiū diametri ⁊ latus exagoni sunt



latera eiusdem trianguli equilateri. vt.e.c.⁊.c.b.⁊.c.d. ¶Et nota ꝙ non propo/
nitur circa propositum circulum exagonum equilaterum atq; equiangulum desi/
gnare. Nec intra talem exagonum aut circa talem circulum describere .quēadmo/
dum fecit de triangulo quadrato ⁊ penthagono. non q̃ non sit necessariū hoc eē
possibile.sed quia hec tria per eadem precepta fiunt in penthagono equilatero et
equiangulo.⁊ in omni figura equilatera.atq; equiangula quecunq; fuerit. Unde
quamcūq; figurā equilaterā ⁊ equiangulā scimus circulo inscribere :candē circulo
extra.⁊ circulū sibi intra ⁊ extra:hisdem medijs per que hec in penthagono fecim⁹
describemus. ¶Nota etiam ꝙ omnis figura equilatera circulo inscripta.aut cir/
cūscripta est etiā necessario equiangula.de inscripta patet per·27.⁊.26.tertij sum
ptis arcubus circuli. quibus latera inscripte figure corde sūt binis ⁊ binis. In hos
eni arcus ipsius figure anguli cadunt. De circūscripta autē ductis a circuli centro
lineis ad omnes eius angulos.⁊ ad loca cōtactus facile probabis.si plene intelle/
cte demonstrationi.13.huius diligēs intellectus accesserit .erit eni vt omnes ipsi⁹
figure angulos linee a centro venientes ꝑ equalia diuidāt.sumptis itaq; quibusli
bet duobus eius ꝓximis lateribus cū linea ad angulū ab eis contentum .⁊ cū duo
bus ad eorū extremitates a centro venientibus duos triangulos ab eis cōtentos
equiangulos adinuicē.ꝑ.4.primi esse ꝓbabis. Sicq; faciendo de omnibus patebit
eos esse equiangulos ꝑ hanc cōmunē sciam quoꝝ dimidia sūt equalia. tota quoq;
esse equalia.

Propositio.16.

Intra datuz circulum.quindecagonum equilaterum atq;
equiangulū designare. ¶Deinde circa quēlibet circulū
assignatuz quindecagonum equilaterum atq; equiangu
lum atq; intra datum quindecagonuz circulū describere
¶Sit datus circulus.a.b.c.volo sibi inscribere quindecagonū equi
laterum ⁊ equiangulum.deinde etiam circūscribere atq; intra talem quindecago/
num ꝓpositum circulum describere. Non ꝓponit autem circa talem quindecago/
num circulū describere.quia hoc satis dat intelligere ꝑ alia que ꝓponit. In dato
circulo iuxta doctrinā secunde huius.ꝓtrabo latus trianguli equilateri.ꝙ sit.a.c
⁊ iuxta doctrinā scōi latus penthagoni equilateri atq; equianguli q̃ sit.a.b. Et
quia arcus.a.c.est totius circūferentie tertia:cuius arcus.a.b.est quinta.erit sup/
fluum inter eos q̃ est arcus.b.c.due tertie:arcus.a.b.vel due quinte arcus.a.c.si
ue due quintedecime totius circūferētie Nam in omni toto excedit tertia quintā.
in duabus tertijs ipsius quinte.vel in duabus quintis ipsius tertie. siue in duab⁹
quintis decimis totius.hoc eni patet in quinta ⁊ tertia p̄mi numeri habētis quin
tam ⁊ tertiam qui est.15.eius enim tertia que est.5.excedit eius quintam que ē tria
in duabus vnitatibus que sunt due tertie ipsius ternarij qui ē quinta.vl̄ due quin
te ipsius quinarij qui est tertia siue due quintedecime ipsius.15.qui est totū. diui/
so igitur arcu.b.c.per equalia.in.d. patet vtrumq; duorum arcuum .c.d.⁊. d.b.
esse tertiam arcus.a.b.vl̄ quintam arcus.a.c.siue quintādecimā totius circumfe/
rentie.subtensis igitur eis cordis.c.d.⁊.d.b.coaptatisq; continue intra datum cir
culum sibi equalibus per primam huius complebitur figura proposita. ¶Letera
vero duo que proponit cū tertio ꝙ dat intelligere videlicet quindecagonū circulo



circumscribere ac circulum quindecagono inscribere ac etiam circumscribere ex.12.13.7.14.huius plene intellectis facile perficies. ¶ Et nota ꝙ quamcumq; figuram equilateram circulo scimus inscribere duplo plurium laterum circulo scimus inscribere ⁊ circũscribere.⁊ ipsi circulum.diuisis enim arcubus quibus latera eius q̃ scitur inscribi subtenditur.per equalia ⁊ a punctis medijs ad extremitates laterũ ipsius figure ductis lineis fiet intra circulum figura duplo plurium laterum que erit equilatera per.28.tertij.ergo ⁊ equiangula.hoc enim demonstratũ est supra.15.huius ꝙ omnis figura equilatera circulo inscripta est etiam equiangula. Et quia hãc circulo scimus inscribere sciemus cetera tria per.12.13.7.14.huius. ¶ Quia igitur scimus inscribere triangulum equilaterum: sciemus per hoc ⁊ exagonum ⁊ per exagonũ duodecagonũ ac per dodecagonuꝫ figuram.24.laterum. ⁊ sic in infinitum duplando. Et licet per triangulum possit vt diximus inscribi exagonus.posuit tamen huius propriã demonstrationẽ ex qua sequitur potissima pervtile. Et similiter quia scimus ⁊ inscribere quadratum sciemus per hoc inscribere omnem figurã cuius laterum numerus est pariter par.per penthagonum quoqꝫ sciemus decagonum.⁊ figurã.20.laterum.sicqꝫ continue duplando.idem quoqꝫ intellige de quindecagono.per ipsum enim scientur figure.30.7.60.⁊ omnium continue duplatoꝝ laterum. ¶ Ceterarum autem figurarum de quibus ista non docet. vel que p̃ has nõ habent difficilis est scientia.⁊ parũ vtilis.vt sunt eptagona nonagena vndecagona. Qd̃ si scirem⁹ triangulũ duũ equaliũ laterũ designare.cuius vterqꝫ angulorum ad basim triplus esset ad reliquũ sciremus eptagonũ vt supra penthagonum circulo inscribere.ꝙ si vterqꝫ quadruplus esset ad reliquũ sciremus nonagonũ.et si quintuplus.vndecagonũ. Idemqꝫ in ceteris figuris imparium laterum.posito vtroqꝫ angulorꝫ ad basim multiplici ad reliquũ.per eum numerum qui est medietas.maximi paris sub impari numero laterum ipsius figure contenti.





Datũ angulũ in tria equa diuidere. Sit angulus dat⁹.c.volo ipsũ diuidere in tres eq̃les angulos qd̃ sic facio.pono p̃mo.c.centrũ circuli describendo circulũ q̃liter cũq; cõtingat. ⁊ ꝓtrahо latera cõtinentia datũ angulũ vsqꝫ quo secẽt circũferentiã in punctis.a.⁊.b.tunc a puncto.c.qd̃ est centrũ circuli duco lineã. c.d. perpendiculariẽ ad lineã.c.b.⁊ in linea.c.d.assigno punctũ.e.a quo duco lineam ad equalitatẽ.c.b.vsqꝫ quo secet circũferentiã circuli in puncto.f. ⁊ ꝓduco .e.vsqꝫ a.deinde protrahо lineã.g.h.equidistantẽ.f.a.que scꝫ.g.h.transeat per centrũ.⁊ duco lineam.f.g.equidistantẽ linee e.c.⁊ protrahо lineam.c.b.incontinuũ ⁊ directum vsqꝫ ad.l.que secat lineã.f.g.orthogonaliter in puncto.o.⁊ per equalia. dico ergo ꝙ arcus.l.g.est equalis arcui.h.b.propter hoc.ꝙ angulus.l.g. c. est equalis angulo.h.c.b.cũ sint contra se positi. Cum igitur arcus.f.g.sit duplus arcui.l.g. erit etiã duplus arcui.h.b.sed arcus.f.g.est equalis arcui.a. h.cũ sint inter duas lineas equidistantes que sunt.f.a.⁊.g.h.ergo arcus.h.a.est duplus arcui.h.b.ergo ⁊ angulus.a.c.b.est duplus angulo.h.c.b.diuidam ergo angulum.a. c.b. per equalia per lineam.c.m.⁊ patet propositum.

Intra datũ circulũ nonãgulũ equilaterꝫ atqꝫ eq̃ãgulũ designare.qd̃ sic fieri potest iuxta doctrinã scd̃e hui⁹.inscribã circulo assignato triangulũ eq̃laterꝫ atqꝫ eq̃angulũ q̃ sit a.b.c.⁊ vnũquẽq; angulorꝫ ei⁹diuidã p̃ tria eq̃lia ⁊ protrahã lineas diuidẽtes angulos vsqꝫ ad circũferentiã ⁊ tunc q̃ nouẽ anguli locati in circulo sũt equales de necessitate arcus suppositi ipsis angulis sunt equales. protrahã enim

cordas subtractas singulis arcubus ⁊ habebo intentum. Explicit liber quartus incipit liber quintus.

Diffinitio .1.

PArs est quantitas quantitatis minor maioris cum minor maiorem numeret.

¶ Pars quãdoqz sumitur proprie: ⁊ hec est q̃ aliquotiens sumpta suum totum precise constituit: sine diminutione vel augmento: ⁊ dicitur suum totum numerare per illum numerum ꝑm quẽ sumitur ad ipsi⁹ totius constitutionẽ: talem autem partem quã multiplicatiuã dicimus hic diffinit. ¶ Quãdoqz sumitur cõmuniter ⁊ hec est quilibet quantitas minor q̃ quotienscũqz sũpta suo toto min⁹ aut maius constituit. quã aggregatiuã dicimus: eo ꝙ cum alia quantitate diuersa totum suũ cõstituat: ꝑ se aũt quotienscũqz sumpta fuerit non producat.

Diffinitio .2.

MUltiplex est maior minoris quando eaz minor metitur.

¶ Pars relatiue dicitur ad totuz: ⁊ in istis duobus extremis consistit eorum adinuicẽ relatio: ⁊ ideo diffinito minori extremo diffinit hic maius: vocat autez ipsum multiplex propter hoc ꝙ minus ipsũ aliquotiens sumptuz constituat: erunt igitur relatiue dicta adinuicẽ: pars ⁊ multiplex. Nã omnis pars submultiplex: vt patet per eius diffinitionẽ.

Diffinitio .3.

PRoportio est duarum quantecunqz sint eiusdem generis quantitatum certa alterius ad alteram habitudo.

¶ Proportio est habitudo duarum rerum eiusdem generis adinuicem in eo ꝙ earuz altera maior aut minor: est reliqua vel sibi equalis. Non enim soluz in quantitatibus reperitur proportio. sed ĩ põderibus: potentijs et sonis. In ponderibus quidẽ ⁊ potẽtijs vult plato ĩ thimeo esse proportionẽ: vbi elementorum numerũ ostendit: in sonis autem esse proportionem liquet ex musica. Nam vt vult Boecius in quarto si quilibet neruus in duas inequales partes diuidatur. erit ipsaruz partiũ suorumqz sonoꝝ: eadem cõuerso modo proportio. Sz in quibuscunqz proportio reperitur: ea participant naturã ꝓprietatẽqz quãtitatis: nõ enim reperitur in aliquibus rebus duabus nisi in eo ꝙ earum vna est reliqua maior aut minor. aut sibi equalis. ¶ Quantitatis autem ꝓprium est ꝑm ipsam equale vel inequale dici. vt vult Aristo. in predicamẽtis. vnde liquet ꝓportionẽ primo in quantitate reperiri. ⁊ per ipsam in omnibus alijs Nec esse in aliquib⁹ rebus proportionẽ cui similis nõ sit in aliquibus quantitatib⁹ ꝓpter qõ bene dixit euclides ꝓportionẽ simpliciter esse in quantitate cum eã diffiniuit per habitudinem duarũ quantitatũ eiusdem generis adinuicem: ¶ Cui⁹ diffinitionis intellectus ẽ: ꝙ proportio ẽ habitudo duarum quantitatum adinuicem que attenditur in eo ꝙ vna earum est maior aut minor alia vel sibi equalis: ꝑ qõ patet ꝙ oportet eas esse eiusdem generis: vt duos numeros: aut duas lineas: aut duas superficies: aut duo corꝑa: aut duo loca: aut duo tempora. Non enizꝑ potest

dici linea maior aut minor superficie. aut corpe nec tempus loco. sed linea. linea ⁊ superficies superficie. Sola enim vniuoca compabilia sunt. ¶ Qd autem dicit certa habitudo non sic intelligas quasi nota vel scita. sed quasi determinata: ut sit sensus. Proportio est determinata habitudo duarum quantitatum: ita inquā determinata q̃ hec ⁊ non alia. Non enim est necessarium vt omnis habitudo duarū quantitatum sit scita a nobis: nec etiā a natura. ¶ Nam proportio quedam est discretorum vt numerorum. quedā aūt continuorum. In numeris autē minor ē pars aut partes maiores vt demonstratur in septimo: quare ⁊ in eis omnibus est habitudo certa ⁊ nota. ¶ At vero in continuis est proportio magis larga: est enim i eis vbi minor quantitas est pars: aut ptes maioris: ⁊ talium omnium mediantibus numeris ē proportio nota: que ⁊ rationalis dicit. Dicuntur q̃ omnes tales quantitates cōmunicantes: quia eas vna ⁊ eadē necessario metitur. vnde ⁊ omnes numeri sūt cōmunicantes. omnes enī ipsos metitur vnitas. Est etiam vbi minor non ē pars. aut partes maioris ⁊ in talibus nō est nota proportio. nec nobis nec nature. Dicitur q̃ hec proportio irrōnalis: ⁊ hec quātitates incōmunicantes: vnde fit: ut quecunq̃ proportio reperitur in numeris reperiat̄ in omni genere continuorum: vt in lineis superficiebus corporibus ⁊ temporib⁹: nō autem econuerso: infinite enī sunt proportiones in continuis reperte: quas numerorum natura nō sustinet. Q̃ quecunq̃ proportio reperitur in vno genere continuorum eadem reperitur i oibus alijs. Nam qualitercunq̃ se habet aliqua linea ad quālibet aliam: sic se habet quelibet superficies ad aliquā aliā. ⁊ quodlibet corpus ad aliqd̄ aliud: similiter ⁊ tempus. sed non sic qulibet numerus ad aliquē aliū: vnde magis ē larga ꝓportio in continuis. q̃ in discretis Exquo manifestum est proportionē geometricam esse maioris abstractionis: q̃ proportionem arismeticam: omnis enī proportio circa quā arismetica versatur rōnalis est: geometria vero rōnales ⁊ irrōnales eq̃liter considerat.



Diffinitio .4.

Proportionalitas est similitudo proportionum.

¶ Vt si dicamus q̃ que est proportio. a. ad. b. ea est etiam. c. ad. d. proportio que est inter. a. ⁊. b. similis est illi que est inter. c. ⁊. d. hec autem silitudo que ex istis ꝓportionibus resultat dicit̄ ꝓportiōalitas

Diffinitio .5.

Quantitates que dicuntur continuam habere proportionalitatem: sunt quarum eque multiplicia: aut equa sūt: aut eque sibi sine interruptiōe addunt aut minuunt.

¶ Supposita diuisione proportionalitatis p cōtinuā ⁊ discōtinuam diffinit mēbra diuidentia. ⁊ primo cōtinuā ĩmo vt verius dicā: supposita diuisione proportionalium p continue ꝓportionalia ⁊ incōtinue: diffinit nō cōtinuā ꝓportionalitatē: nec incōtinuam: sed cōtinue ꝓportionalia ⁊ incontinue. diffinitio autem continue ꝓportionalitatis ⁊ incōtinue satis patet per diffinitionē cōtinue ꝓportionalium ⁊ incontinue. ¶ Cōtinua aūt ꝓportionalitas ē cū quotlibet quātitatū eiusdē generis in qua ꝓportiōe prima antecedit secdam in eadē quelibet aliaꝝ antecedit ꝓximo cōsequentē. vt cū dicimus sicut se habet. a. ad. b. ita. b ad. c. ⁊. c. ad. d. eritq̃ quelibet earum antecedens ⁊ consequens: excepta prima que est solū antecedens: ⁊ vltima que est tm̄ cōsequens. Et in hac proportionalitate necesse est omnes quantitates esse eiusdem generis propter cōtinuationē propor/



tionū eo q̃ nō sit ꝓportio inter quantitates generum diuersoꝝ: ⁊ hec erit ad min⁹ in tribus terminis constituta. ¶ Incōtinua autem est cū quatuor quantitatū siue omnes fuerint eiusdē generis siue due prime vnius ⁊ due postreme alterius: i qua proportione prima antecedit secōdam in eadē tertia antecedit quartā: vt cū dicimus sicut se habet. a. ad. b. ita. c. ad. d. eritq̃ earum quelibet: aut tm̃ antecedēs aut tm̃ consequens: nec est necesse vt sint omnes quatuor eiusdē generis sicut erat in proportionalitate cōtinua: eo q̃ cōsequēs prime proportionis nō cōtinuat̃ antecedenti secōde: sed possibile est vt sint eiusdē generis: ⁊ possibile est vt sint diuersoꝝ. Sicut eni contingit lineā reperiri duplam ad lineam aut triplam: ita superficiem ad superficiē: ⁊ corpus ad corpus: ⁊ tēpus ad tempus: ⁊ numerus ad numeꝝ. ¶ Viso quid sit continua ꝓportionalitas. ⁊ quid incōtinua explanemus diffinitionē continue ꝓportionaliū premissam. Quantitates inquit proportionales cōtinue sunt quaꝝ eq̃ multiplicia aut sibi sunt eq̃lia: aut eq̃ sibi sine iterruptione addūt: aut minuūt verbi gratia. Sint tres quātitates eiusdē generis. a. b. c. ad quas sumant̃. d. e. f. eq̃ multiplicia: vt sicut. d. est multiplex ad. a. ita. e. sit multiplex ad. b ⁊. f. ad. c. erūtq̃ omnes in eodē genere. Multiplicia eni ⁊ submultiplicia in eodē sunt genere: sitq̃ vt. d. e. f. aut sint equalia adinuicē: aut silr̃ se habeant in addendo aut minuendo ita q̃ sicut. d. addit super. e. aut minuit ab ipso: ita. e. addat sup. f. aut minuat ab ipso. Cū hec inquā multiplicia sic se habuerint erūt tres quātitates. a. b. c. cōtinue ꝓportionales. Multiplicia autē nō intelligas silr̃ sic se habere in addēdo aut minuendo quantū ad quantitatē excessus: sed quantū ad proportionē: aliter eni diffinitio esset falsa. Nam quarūlibet quantitatū eiusdē generis equis se differentijs excedentium eque multiplicia accepta equis etiā differentijs se excedūt: vnde silr̃ se habent in addendo ⁊ minuendo quantū ad quātitatem excessus. Nec tamē priores quātitates sūt cōtinue proportionales: imo minoꝝ est semp̃ maior proportio. hoc autē ideo euenit qm̃ eaꝝ multiplicia nō silr̃ se excedunt quātū ad proportionē. sed solū quantū ad quantitatē excessus: est eni ⁊ ibi in minoribus multiplicib⁹ maior proportio. verbi gratia: sumant̃ tres numeri equis differentijs se excedentes: immediate videlicet arismetice: vt. 2. 3. 4. horū trium omnes eque multiplices equaliter se excedunt. dupli quidē binario tripli ternario. ⁊ sic de ceteris: nō tamen sunt. 2. 3. 4. cōtinue proportionalia: imo minoꝝ est maior proportio: est eni ipsorū ꝓportio sesquilatera: ⁊ maioꝝ sesquitertia: q̃ ergo inter eos nō est similitudo proportionū. Nō erit inter eos ꝓportionalitas: ⁊ iō neq̃ continua neq̃ incontinua. patet ergo similitudinē illam additionis aut diminutionis nō intelligi quantū ad quantitatem excessus: sed quantum ad proportionem: erit itaq̃ sensus diffinitionis premisse. Continua proportionalia sunt quarū omnia multiplicia equalia sūt continue proportionalia: sed noluit ipsam diffinitionē proponere sub hac forma quia tunc diffiniret idem p̃ idem: aperte tamē rei est istud cum sua diffinitione cōuertibile. Tres autem quantitates. a. b. c. oportet esse eiusdē generis ad hoc ut earum multiplicia sibi inuicem equalia sint: aut similiter se habeant in addendo aut minuendo. Si enim. a. ⁊. b. essent diuersorum generum. essent etiā. d. ⁊. c. ipsarum a. ⁊. b. multiplicia eorūdē diuersorum generum: propter hoc q̃ multiplicia ⁊ submultiplicia eiusdē sūt generis: quare. d. nō esset equalis. e. nec ea maior: aut minor. Nam quantitates diuersorum generum non sunt adinuicem comparabiles.



Diffinitio. 6.



QUantitates que dicunt ee fm ꝓportione vna prima ad secũdã ⁊ tertia ad quartã sunt quaꝝ prime ⁊ tertie multiplices equales multiplicibus secũde ⁊ quarte equalibus fuerint similes vel additione vel diminutione vel equalitate eodem ordine sumpte.

¶ Posita superi⁹ diffinitione quãtitatũ continue ꝓportionaliũ. hic ponit diffinitionẽ incõtinue ꝓportionaliũ: ⁊ ẽ ꝙ quarũlibet. 4. quantitatũ quaꝝ prime ⁊ tertie eque multiplicia sũpta fuerint: itẽq; scõe ⁊ quarte eque multiplicia: fueritq; multiplex prime sic se habens ad multiplex scõe quantũ ad additionẽ aut diminutionẽ aut equalitatẽ: sicut multiplex tertie ad multiplex q̃rte: erit ꝓportio p̃me earũ ad scõam: sicut tertie ad q̃rtã. verbi gra. Sint q̃tuor quãtitates. a. b. c. d. sumanturq; ad p̃mã ⁊ ad tertiã que sunt. a. ⁊. c. eq multiplicia vtpote dupla: que sint. e. ⁊. f. Itẽq; ad scõam ⁊ quartã que sunt. b. ⁊. d. sumãt alia eq multiplicia: vtpote tripla. q̃ sint g. ⁊. h. sitq; vt hec. 4. multiplicia sic sũpta cõpata adinuicem fm ordinẽ primarum quatuor quantitatum: ita videlicet ꝙ. e. cõpetur ad. g. ⁊. f. ad. h. non autẽ. e. ad. f. aut. g. ad. h. sint similia in additione diminutione ⁊ equalitate: videlicet ꝙ si. e. addit supra. g. ⁊ sil'r. f. addat supra. h. aut si. e. minuit. a. g. ⁊. f. similiter minuat. ab. h aut si. e. est equalis. g. ⁊ similiter. f. sit equale. h. tunc proportio. a. ad. b. est sicut. c ad. d. similitudo autem in addendo aut diminuendo intelligatur hic sicut in diffinitione cõtinue ꝓportionaliũ: videlicet nõ quantũ ad quantitatẽ excessus. sed q̃ntum ad proportionẽ. ¶ Qõ aũt dicit eodẽ ordine sumpte intelligatur sicut expositum est: videlicet vt multiplicia non referant adinuicem fm ordinẽ earum quantitatum: quibus eque multiplicia assumunt. vt multiplex prime non referat ad multiplex tertie: aut multiplex scõe ad multiplex quarte. sed referatur fm primũ ordinẽ ipsaꝝ. 4. quantitatum: videlicet multiplex prime ad multiplex scõe. ⁊ multiplex tertie ad multiplex quarte. ¶ Erit itaq; sensus istius diffinitionis. Incõtinue ꝓportionales sunt quatuor quãtitates ⁊ ꝓportio prime ad scõam ẽ sicut tertie ad quartam cũ sumptis eque multiplicibus ad primã ⁊ tertiam. Itẽq; eque multiplicibus ad scõam ⁊ quartã erit ꝓportio multiplicis prime ad multiplex scõe: sicut multiplicis tertie ad multiplex quarte: sed nõ diffinivit sub hac forma. propter cãm predictã. licet a ꝑte rei idẽ sit. Nõ ẽ autẽ necessariũ ut quatuor quantitates. a. b. c. d. sint eiusdem generis: eo ꝙ. b. nõ continuat in proportione: cum. c. sed possunt ee due prime vnius generis: ⁊ due sequentes alterius. ꝑ qõ patet ꝙ necesse est referri multiplex prime ad multiplex secunde: ⁊ multiplex tertie ad multiplex quarte. nõ autẽ multiplex prime ad multiplex tertie: aut multiplex scõe ad multiplex quarte qr non semp̃ sunt eiusdẽ generis. multiplex p̃me ⁊ tertie: nec multiplex scõe ⁊ q̃rte: fuit autẽ necesse sumere eq multiplices ad p̃mã ⁊ tertiã: itẽq; eque multiplices ad scõam ⁊ q̃rtam: ⁊ nõ eque multiplices ad primã ⁊ scõam: ⁊ itẽ non eque ad tertiã ⁊ quartã qr nisi ꝑ mltiplicũ sũptionẽ cõtinuãt terminip̃me ꝓportiõis cũ terminis scõe. nõ erit ꝑ quid sit ꝓportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d.



Diffinitio .7.

QUantitates quarũ ꝓportio ẽ vna ꝓportiõales noãntur.

¶ Postquã diffinivit quantitates continue proportionales ⁊ incontinue diffinivit quantitates ꝓportionales simpl'r: et p̃ diffinitio.

Diffinitio .8.

Cum fuerint prime ⁊ tertie eque multiplices. Itemq; secunde ⁊ quarte eque multiplices. addetq; multiplex prime super multiplicem secunde. Nō addet autē multiplex tertie super multiplicē quarte. dicetur prima maioris proportionis ad scōam q̄; tertia ad quartam.

¶ Diffinitis quātitatibus proportionalibus diffinit quantitates impportiōales. Sūt aūt impportionales inter quas ē silitudo proportionū qd cōtigit dupliciter aut quia maior est pportio p̄me ad secundā q̄; tertie ad quartā: aut quia minor ⁊ ideo eius sunt due species. Prima quando maior est pportio primi ad scōm q̄; tertij ad quartum: ⁊ dicitur hoc maior improportionalitas. ¶ Secūda vero qñ minor est proportio primi ad scōm q̄; tertij ad quartū: ⁊ dicit minor improportionalitas. diffinit ergo eas inter quas est maior proportio primi ad scōam q̄; tertie ad quartā que est maior improportionalitas: diffinitionē autē earum inter quas est minor proportio prime ad scōam q̄; tertie ad quartā non ponit quia ipsa patet ex alia. ¶ Cū igit fuerint .4. quantitates ad quarum p̄mam ⁊ tertiā sumpta sint eque multiplicia. ⁊ ad scōam ⁊ quartā eque multiplicia ⁊ multiplicia p̄me ⁊ scōe relata adinuicem non se habebunt similiter multiplicibus tertie ⁊ quarte relatis adinuicem in additione diminutione ⁊ eq̄litate: ille .4. quantitates erunt improportionales. ¶ Qd si ita fuerit q̄ multiplex prime sit equale multiplici scōe. multiplex vero tertie sit minus multiplici quarte. Aut q̄ multiplex p̄me sit maius multiplici scōe. multiplex aūt tertie sit equale. aut minus multiplici quarte. Aut q̄ multiplex p̄me sit maius multiplici secūde: ⁊ similiter multiplex tertie multiplici quarte: verūtamen plus excedit quātum ad proportionem non quantum ad quātitatē excessus. multiplex prime multiplex scōe q̄; multiplex tertie multiplex q̄rte. Aut q̄ multiplex prime sit min⁹ multiplici scōe. ⁊ sil̄r multiplex tertie multiplici quarte. verūtā minus minuit quātū ad proportionē non quātū ad quātitatē excessus: multiplex prime multiplici secūde: q̄; multiplex tertie a multiplici quarte: erit quolibet istoꝝ .4. modoꝝ maior proportio prime ad secūdā q̄; tertie ad quartā. Quatuor autē modis istis oppositis erit minor pportio p̄me ad secūdā q̄; tertie ad q̄rtā. Exempla aūt istoꝝ oium euidenter sumēt ex numeris. Additio ḡ illa multiplicis p̄me super multiplex secūde. Non aūt multiplicis tertie sup multiplex quarte: de qua loquitur auctor in diffinitione: latitudinē habet ad istos .4. modos predictos ⁊ ipsos comprehēdit. vñ sensus ist⁹ diffinitionis ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt proponit fuerit maior proportio multiplicis p̄me ad multiplex secūde q̄; multiplicis tertie ad multiplex q̄rte: erit maior pportio p̄me ad ꝑam q̄; tertie ad q̄rtā: nō diffiniuit autē sub hac forma ppter cōes cām p̄us dictā. Vel possum⁹ dicere q̄ additio multiplicis p̄me sup multiplex secūde: ⁊ nōmultiplicis tertie sup multiplex q̄rte: de q̄ loquit̄ in p̄missa diffinitione maioris ī pportionalitatis ppric accipit̄ prout verba diffinitionis sonāt: ⁊ nō se extēdit nisi ad scōm q̄tuor predictoꝝ modoꝝ: ls reuera quolibet illoꝝ q̄tuor modoꝝ sit maior pportio prime ad secūdā q̄; tertie ad quartam vñ sensus illus diffinitionis ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt pponit si multiplici prime exñte maiori multiplici secūde: non sit necessariū q̄ multiplex tertie sit maius multiplici quarte: tūc erit maior pportio prime ad secūdā q̄; tertie ad quartam. propter hoc autem non posuit reliquos tres additionis modos in predicta diffinitione: qr iste est illis omnib⁹ magis plan⁹: ⁊ ad dictā diffinitionē sufficiēs. Nusq;



eni est maior proportio prime.4.quantitatū ad scōam q̃z tertie ad quartam: quin contingat aliqua eque multiplicia ad primā ⁊ tertiā repiri. Que cum relata fuerint ad aliqua eque multiplicia scōe ⁊ quarte: inuenietur multiplex prime addere super multiplex scōe: nō aūt multiplex tertie super multiplex quarte. Nec vsq̃z contingit hoc reperire quin sit maior proportio prime ad scōam q̃z tertie ad quartam vt de/ monstrabimus infra supra decimam huius. ¶ Possunt autem esse hee quātitates improportionales diuersoꝝ generum sicut ⁊ quātitates incōtinue proportionales si inter eas fuerit incōtinua improportionalitas: vt si dicatur maior est proportio a.ad.b.q̃z.c.ad.d. Si autem fuerit continua improportionalitas erūt oēs eiusdē generis necessario sicut sunt in continua proportionalitate. vt si dicatur maior est proportio.a:ad.b.q̃z.b.ad.c.

Diffinitio .9.

Et autem proportionalitas ad minus inter tres termīos constituta.

¶ Postq̃z auctor diffiniuit ꝓportionē ꝓportionalitatē ⁊ q̃ntitates ꝓ portionales ⁊ i ꝓportionales. ostēdit q̃s sit minim⁹ numer⁹ termino rū inter quos proportionalitas potest cōsistere maximū autē nō po nit: quia illum nō cōtingit sumere: potest enim proportio quelibet continuari i ter minis infinitis: siue fuerit rōnalis proportio siue irrōnalis. ¶ Ad proportionali/ tatē aūt exigunt ad minus due proportiōes siles: eo q̃ proportiōalitas sit simili/ tudo proportionū. Quelibet aūt proportio habet antecedens ⁊ consequēs: ergo q̃ libet proportionalitas habet ad minus duo antecedētia ⁊ duo consequētia: hoc ē impossibile fieri in paucioribus q̃z tribus terminis: in quibus medius eoꝝ fiet an tecedēs ⁊ ꝓsequēs: ⁊ iō proportiōalitas erit ꝓtinua: quare in trib⁹ terminis ad mi nus erit cōtinua proportionalitas cōstitnta. Incōtinua aūt non erit i paucioribⁿ q̃z in.4.eo q̃ in ipsa quilibet termin⁹ ē t m̃ antecedēs: aut tm̃ ꝓnis: idem intellige de minori numero terminoꝝ improportionalitatis. Si enim fuerit ꝓtinua: erit ad minus inter tres terminos. Si incōtinua ad minus inter quatuor.

Diffinitio 10.

Si fuerit tres q̃ntitates ꝓtinue ꝓportiōales dicet ꝓportio prime ad tertiā. ꝓportio prime ad scōam duplicata.

¶ Diffinit proportionē q̃ ē iter extremos termīos continue propor/ tionalitatis in trib⁹ termis cōstitute. ⁊ dicit q̃ si fuerit proportio pri mi ad scōm sicut scōi ad tertiū: erit proportio p̃mi ad tertiū sicut pri mi ad scōm duplicata: hoc ē ex duabus talib⁹ cōposita. siue qd̄ idē ē: erit proportio primi ad tertiū. sicut p̃mi ad scōm duplicata: hoc est in se multiplicata. verbi grā. i numeris Sint. 3. numeri cōtinue proportionales: sintq̃z continue dupli: vt. 2. 4. 8 proportio primi ad tertiū erit sicut proportio p̃mi ad scōm in se multiplicata: pro/ portio aūt p̃mi ad scōm ē dupla: dupla vero in se multiplicata: producit quadru/ plā: vnde proportio extremoꝝ ē quadrupla: videlicet duplū dupli: vel scōm priorē expositionem proportio extremorum est sicut proportio primi ad secundū dupli/ cata: quia quadrupla constat ex duabus duplis.



Diffinitio .11.

Cum fuerit q̃tuor q̃ntitates ꝓtinue ꝓportionales. ꝓportio prime ad quartā dicet ꝓportio prime ad scōaz triplicata

¶ Diffinit ꝓportionē q̃ ē iter extremos termios ꝓtinue ꝓportiōalitatis ī.4.termi nis ꝓstitute: ⁊ dicit q̃ si fuerit.4.q̃ntitates ꝓtinue ꝓportionales erit ꝓportio p̃me ad q̃rtā sicut ꝓportio p̃me ad scōam triplicata hoc ē ex tribus talib⁹ cōposita. qm̃ tales inueniūtur in ea: siue qō idem est: erit proportio prime ad quartam sicut pri me ad secundam triplicata. hoc est in se. postea in productum multiplicata. Verbi gratia: in numeris. Sunt quatuor numeri continue proportionales: sintq̃ cōtinue triplici. vt sint. 1. 3. 9. 27. proportio primi ad quartum erit sicut ꝓportio primi ad secundū in se postea productū multiplicata: proportio autem primi ad secūdum est tripla: tripla vero in se multiplicata ꝓducit nocuplā ⁊ tripla in nocuplam pro/ducit vigincuplam septuplam. erit itaq̃ proportio extremorum vigincupla septu/pla. qō est triplum tripli. Vel ꝑm priorem expositionem proportio extremorum ē sicut proportio primi ad scōm triplicata: quia vigincupla septupla constat ex tri bus triplis. Non diffinit autem proportionem extremorum continue proportio/nalitatis inter plures q̃ quatuor terminos cōstitute: propter id q̃ dimensiones in rebus naturalibus reperte non excedunt ternariū. ¶ Denominatio autem ꝓpor/tionis duarum quantitatum quibus nullum interponitur medium habet naturaq̃ lineē. Earuq̃ vero quibus interponitur vnū mediū in cōtinua ꝓportionalitate ha bet naturā superficiei eo qō fit ex multiplicatione denominationis duarū primarū in se. Omne autem qō ex multiplicatione lineē: in lineam ꝓducitur: naturā habet superficiei: si in se quidē quadrati: si vero in alterā parte altera longioris. Sed ꝓ/portionis earum quantitatuq̃ denominatio quibus in cōtinua ꝓportione duo me dia interponuntur naturam habet solidi: quia proueniit ex multiplicatione deno/minationis duarum primarum primo in se. ex qua multiplicatione producitur su perficies: deinde in productum ex qua multiplicatione proueniit solidum siue cor/pus: omne ⁊ enim qō ex multiplicatione lineē in superficiem producitur crescit iso lidum. ¶ Est ergo ac si diceret proportio duarum quantitatum est simplex inter/uallum: ⁊ habens naturam simplicis dimensionis ut lineē: proportionalitas au/tem trium est duplex interuallum: ⁊ habens naturam duplicis dimensionis vt su/perficiei: proportionalitas aūt quatuor est triplex interuallum: ⁊ habens naturā trine dimensionis ut solidi. Et quia dimensiones vlterius non procedunt. idco nō diffiniuit proportionem contentam inter extremos proporcionalitatis in quinq̃ terminis: aut pluribus constitute: vel non diffiniuit proportionem in his quia ea rum ꝓportio habetur ex predictis diffinitionibus. Si enim in tribus terminis ꝓ/portio extremorum cōstat ex proportione primorum duplicata: ⁊ in q̃tuor termi/nis cōstat ex eadem triplicata: i. 5. terminis constat ex eadem quadruplicata: ⁊ in sex ex eadē quicuplicata: vñ quēadmodū i trib⁹ termis ꝓtinue ꝓportiōalib⁹ ꝓpor tio extremoꝝ ꝓtinet ꝓportionē p̃moꝝ bis. ⁊ i. 4. termis ter. sic i. 5. termis ꝓtinebit quater. ⁊ in sex quinquies. ⁊ ita deinceps. ut semp ꝓportio extremoꝝ i termis cō/tinue ꝓportionalibus totiēs cōtineat ꝓportionē p̃moꝝ quot sunt omnes ter/mini min⁹ vno. Similiter quoq̃ si ꝓportio extremoꝝ cōtinue proportiōalitatis i tri bus termis ꝓstitute ē ea q̃ producit ex proportōe p̃moꝝ in se semel multiplicata: ⁊ in. 4. in se bis multiplicata: in quinq̃ terminis ea que producitur ex proportione p̃moꝝ in se ter multiplicata. ⁊ i. 6. termis quater: ⁊ sic semp ut termini fuerint duobus plures multiplicationibus: siue vt multiplicationes sint equales medijs

extremis interpositis. Et nota q̃ etiam in proportionalitate continua extremo/
rum proportio producitur ex omnibus proportionib⁹ intermedijs. ¶ Ex predictis
apparet q̃ proportio extremoꝝ continue proportionalitatis in tribus termis con
stitute denominatur a quadrato: in quatuor vero terminis constitute denomina/
tur a cubo: quorum quidē quadrati ⁊ cubi latus est denominatio proportiōis pri/
mi ad secundū: verbi gratia: i numeris Sint quatuor numeri continue proportiōa
les qui sint continue tripli. 3.9.27.81. proportio primi ad secūdū denominatur a
ternario. est enī tripla: primi vero ad tertium a nonario qui est quadratus terna/
rij. nam ipsa est nocupla. At vero proportio p̃mi ad quartū denominat̃. a. 27. qui
est cubus denominationis proportionis primi ad secundā videlicet ternarij. ipsa
enim est vigincupla septupla. ¶ Et proportio extremoꝝ im̃pportionalitatis conti
nue in tribus terminis constitute denominatur a superficiali non quadrato: cuius
latera sunt denominationes ipsarum proportionū. in quatuor vero terminis cō/
stitute denominatur a solido nō cubo. cuius tria latera sunt denominationes triū
proportionū: qd̃ etiā patet in numeris. Sint quatuor numeri p̃tinue impropotio
nales: qui sunt. 2.4.12.48. in quibus proportio primi ad secūdū est dupla: secundi
ad tertiū tripla: ⁊ ideo primi ad tertiū sexcupla: tertij vero ad q̃rtuꝝ q̃drupla: ⁊ iō
p̃mi ad q̃rtū vigincuplū q̃drupla. Senari⁹ ergo qui ē denomiatio proportiōis pri/
mi ad tertium est superficialis: cuius latera sunt duo ⁊ tria. qui sunt denominatio
nes duarum primarum proportionū 24. vero qui est denominatio proportionis
primi ad quartum est solidus cuius latus sunt. 2.3.⁊.4. qui sunt denominationes
trium proportionum inter illos quatuor terminos entium.





Diffinitio .12.



Quantitates que sunt in proportione vna. antecedens ad consequentez ⁊ antecedens ad consequentē. dicetur econtrario sicut consequens ad antecedentem. sic consequens ad antecedentē. ¶ Itemqz permutatim sicut antecedens ad antecedentem sic etiam cōsequens ad consequentem. ¶ Diffinit spēs proportionalitatis que sunt. 6. videlicet cōuersa. permutata. disiuncta: coniuncta: euersa ⁊ equa. ¶ Sunt autē hee species quasi quidā modi arguendi: diffinit ergo primo conuersam proportionalitatem ⁊ permutatam: in quib⁹ manent aficedentia ⁊ consequētia eadē ꝑm substantiā: qd̃ nō ē i disiuncta: ꝑiūcta aut euersa: ⁊ in quibus nihil extra sumitur vt in equa: vocat autem antecedens primum extremū proportionis: consequens vero vocat secundum. ¶ Vult itaqz per hanc diffinitionem q̃ si fuerit proportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ⁊ ex hoc ego cōdu/dam: ergo. b. ad. a. sicut. d. ad. c. videlicet vt faciam de antecedentibus cōsequētia ⁊ de consequentibus antecedentia: qd̃ iste modus arguendi vocetur proportionalitas econtrario siue conuersa. Si autem sic arguam. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ergo. a. ad. c. sicut. b. ad. d. videlicet vt ambo extrema prime p̃portionis: fiant antecedentia: ⁊ ambo extrema secunde cōsequentia. vult q̃ iste mod⁹ arguendi vocetur proportionalitas permutata: ⁊ in isto modo arguendi fit antecedens secunde proportionis cōsequens: ⁊ cōsequens prime antecedens.

Propositio. 13.



Coniuncta vero proportionalitas dicitur quotiens sicut antecedens cum consequente ad cõsequens. sic etiam antecedens cum consequente ad consequens.

¶ Diffinit coniunctam disiunctam ⁊ euersam in quibus etiam nihil extra sumitur sed termini non manent in ipsis. idem ꝑm substantiã ⁊ vult ꝙ si ita fuerit. vt sit. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ⁊ ego ex hoc concludam. ergo totius. a. b. ad. b. sicut totius. c. d. ad. d. ꝙ iste modus arguendi dicatur proportionalitas coniuncta.

Propositio. 14.



Disiuncta vero proportionalitas dicitur augmẽtorum antecedentium supra consequentia equa comparatio.

¶ Vult ꝙ si fuerit proportio totius. a. b. ad. b. sicut totius. c. d. ad. d. ⁊ ex hoc ego concludam. ergo. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ꝙ iste modus arguendi vocetur disiuncta proportionalitas.

Propositio .15.



Euersa proportionalitas dicitur quorũlibet antecedentiũ ad augmenta sui supra cõsequentia sua similitudo proportionum.

¶ Vult ꝙ si fuerit. a. b. ad. b. sicut. c. d. ad. d. ⁊ ex hoc ego concludã ergo. a. b. ad. a. sicut. c. d. ad. c. ꝙ iste modus arguendi dicatur euersa proportionalitas.

Propositio .16.



Qua proportionalitas dicitur quãtitatibus plurimis propositis aliisq; scõm eundem numerũ in vna proportione applicatis mediorum equali numero remoto vtrorumq; summorum similitudo proportionum.

Si fuerit quatuor quantitatum maior proportio prime ad ſecundam.q̄z tertie ad quartam. erit permutatim maior proportio prime ad tertiam. quam ſecunde ad quartam. ¶ Sit hic quoq̄z proportio.a.ad.b.maior q̄z.c.ad.d.dico q̄ erit permutatim maior proportio.a.ad.c.q̄z.b.ad.d.eadem enim non erit quia tunc quoq̄z eſſet permutatim.a.ad.b. ſicut.c. ad.d. neq̄z minor. Nam ſi hoc ponatur: ſit itaq̄z .e.ad.c.vt.b.ad.d.eritq̄z ex.12.maior ꝓportio.e.ad. c.q̄z.a.ad c.quare ex prima parte.10.e.eſt maior.a. Itaq̄z per primam partem.8.proportio e.ad.b.eſt maior q̄z.a.ad.b.⁊ quia positum eſt vt ſit.e.ad.c.ſicut.b.ad.d. erit p/mutatim.e.ad.b.ſicut.c.ad.d.ex.12.igitur maior erit proportio.c.ad.d.q̄z.a. ad b.ſed positum erat oppositum: verum eſt ergo propoſitū: ¶ Oſtēſiue quoq̄z idem quēadmodum in premiſſa: ſumpta enim eſt.e.ad.b.vt.c.ad.d.erit ex prima parte 10.e.minor.a.quare ex prima parte.8.maior erit.a.ad.c.q̄z.e.ad.c .ſed ex permutata proportionalitate eſt.c.ad.c.vt. b.ad.d.igitur ex.12.a.ad.c.eſt maior q̄z.b. ad.d.quod eſt propoſitum.



Propoſitio .28.

Si fuerint quatuor quantitates quarum prime ad ſecundā ſit maior proportio q̄z tertie ad quartam.erit quoq̄z conjunctim maior proportio prime ⁊ ſecunde ad ſecūdam q̄z tertie ⁊ quarte ad quartam. ¶ Sit maior proportio.a.ad.b.q̄z.c.ad.d.dico q̄ maior erit totius a.b.ad.b.q̄z totius.c.d.ad.d.quia ipſa neq̄z erit equalis neq̄z minor. Si enim equalis: tunc erit diſiunctim.a.ad.b.vt.c.ad.d. Si autem eſt minor: ſit.c.b.ad.b. vt.c d.ad.c.eritq̄z ex.12.maior proportio.c.b.ad.b.q̄z.a.b. ad.b. itaq̄z ex prima parte.10.c.b.eſt maior q̄z.a.b.⁊ per cōceptionem.c.maior q̄z.a. quare ex prima parte.8. maior eſt proportio . c. ad.b. q̄z.a.ad. b.ſed.c.ad.b. eſt vt .c. ad .d. per diſiunctam proportionalitatem: eo q̄ erat.c.b.ad.b.vt.c.d. ad.d. ergo per.12.c. ad.d.eſt maior q̄z.a.ad.b. hoc autem eſt contra ypothe. ¶ Idem etiam oſtenſiue: cum enim propoſitum ſit q̄ maior ſit proportio .a . ad. b. q̄z . c. ad . d . ſit proportio .c. ad.b. vt. c. ad.d. eritq̄z ex prima parte decime. c. minor . a.



Ideoq; ex cõmuni scientia.e.b.erit minor.q̃;.a.b. quare ex prima parte.8. maior erit proportio.a.b.ad.b.q̃;.e.b.ad.b.At vero proportio.e.b.ad.b.est per coniunctam proportionalitatem sicut.c.d.ad.d.positum enim est vt sit. e.ad. b.tanquã c.ad.d.igitur ex.12.maior est.a.b.ad.b.q̃;.c.d.ad.d.quod est propositum.

Propositio .29.



Si fu erit quatuor quantitates quarum prime ⁊ secunde ad secundam sit maior proportio q̃; tertie ⁊ quarte ad quartam . erit quoq; disiunctiʒ proportio prime ad secundam maior q̃; tertie ad quartam.

Sit proportio.a.b.ad.b.maior q̃;.c. d.ad. d.dico ꝙ erit disiunctim proportio.a.ad.b.maior q̃;.c.ad.d.alioquin erit equalis vel minor.qd̃ si equalis erit per coniunctam proportionalitatem.a.b.ad.b.ut.c.d. ad.d. si autem minor erit maior.c.ad.d.q̃;.a.ad.b.ergo per premissam maior erit.c. d.ad d.q̃;.a. b.ad.b.quod est inconueniens:quia positum est ꝙ minor.verum est ergo qd̃ dicitur. Qd̃ etiam ostensiue astruemus hoc modo ponemus enim ut proportio.e .b. ad.b.sit tanq̃; proportio.c.d.ad.d.eritq; ex prima parte.10.e.b.minor q̃;. a.b. quare ex communi scientia.e.est minor q̃;.a.minor igitur est ex prima parte .8. ꝓportio.e.ad.b.q̃; sit.a.ad.b.sed proportio.e.ad. b.est sicut.c .ad.d. ex disiuncta proportionalitate:itaq; ex.12.proportio.a.ad.b.est maior q̃; sit.c.ad.d. quod est propositum.

Propositio .30.



Si fuerint quatuor quantitates quarum prime ⁊ secunde ad secundã sit maior proportio q̃; tertie ⁊ quarte ad quartam: erit euersim minor proportio prime ⁊ secũde ad primam q̃; tertie ⁊ quarte ad tertiam.

Sit maior proportio.a.b.ad.b.q̃;.c.d.ad.d. dico ꝙ euersim minor erit proportio.a.b.ad.a.q̃;.c.d.ad.d.erit enim disiunctim ex premissa maior proportio.a.ad.b.q̃;.c.ad.d . Itaq; per.26.erit econuerso minor. b.ad.a. q̃;.d. ad.c.quare per ante premissam coniunctim minor erit.b.a.ad.a.q̃;.c.d. ad.c. qd̃ est propositum.

Propositio .31.



Si fuerint tres quantitates in vno ordine. itemq; tres in alio fueritq; prime priorum ad secundam maior proportio quam prime posteriorum ad secundam.itemq; secunde priorum ad tertiam maior quam secunde posteriorum ad tertiam.erit quoq; prime priorum ad tertiã maior proportio q̃; prime posteriorum ad tertiam.

Sint tres quãtitates.a.b.c.itẽq; alie tres.d.e.f.sitq; maior ꝓportio.a.ad.b.q̃; d.ad.e.itẽq; maior.b.ad.c.q̃;.e.ad.f.dico ꝙ maior erit ꝓportio.a.ad.c.q̃;.d.ad f.sit enim.g.ad.c. ut.e.ad.f.eritq; ex p̃ma ꝑte.10..g.minor.b.q̃re ex scõa ꝑte.8.proportio.a.ad.g.ẽ maior q̃;.a.ad.b.multo maior ergo ẽ ꝓportio.a.ad.g.q̃;.d. ad.e sit itaq;.b.ad.g.vt.d.ad.e.eritq; ex p̃ma ꝑte.10.a.maior.b.q̃re ex p̃ma ꝑte.8.ꝓ/

portio.a.ad.c.maior est q̃ proportio.b.ad.c. At vero proportio.b.ad.c. est per equam proportionalitatem: sicut.d.ad.f.est enim.b.ad.g.vt.d.ad.e.et.g.ad.c.vt e.ad.f.igitur ex. 12.proportio.a.ad.c.est maior q̃.d.ad.f. quare constat propositum

Propositio .32.

Si fuerint tres quantitates in vno ordine. itemq; tres in alio fueritq; proportio secunde priorum ad tertiam maior quam prime posteriorum ad secundam Itemq; prime priorum ad secundam maior quam secunde posteriorum ad tertiam.erit maior proportio prime priorum ad tertiã quam prime posteriorum ad tertiam.



Sint enim tres quantitates in vno ordine.a.b.c. Itemq; tres in alio.d.e.f.quẽ admodum in premissa: sitq; maior proportio.b.ad.c.q̃.d.ad.e.et maior.a.ad.b. q̃.e.ad.f.dico q̃ maior erit.a.ad.c.q̃.d.ad.f.sit enim.g.ad.c.vt.d.ad.e. eritq; g.minor.b.per primam partem.10.quare maior erit proportio.a. ad.g. q̃ ad.b. per secundam partem.8.igitur multo maior est.a.ad.g.q̃.e.ad.f.sit itaq;. b. ad g.vt.e.ad.f.eritq;.a.maior.b.ex prima parte. 10.quare proportio.a. ad.c. maior est q̃.b.ad.c.ex prima parte.8.At vero ex.23.proportio.b.ad.c.est tanquã.d.ad f.eo qõ est.g.ad.c.vt.d.ad.e.et.b.ad.g.vt.e.ad.f.igitur ex.12.maior est proportio.a.ad.c.q̃.d.ad.f.quod est propositum.

Propositio .33.

Si fuerit proportio totius ad totũ maior: q̃ abscisi ad abscisum erit residui ad residuum maior proportio q̃ totius ad totum.



Sint due quantitates.a.et.b.a quibus abscindantur.c.et.d.et residua sũt.e.et.f.sitq; maior proportio.a.ad.b.q̃.c.ad.d.dico q̃ maior erit proportio.e.ad.f.q̃.a.ad.b.erit enim ex.27. permutati maior proportio a.ad.c.q̃.b.ad.d.quare ex.30.erit euersim minor proportio. a. ad.e.q̃. b.ad.f. igitur rursus ex.27.permutatim minor erit.a.ad.b.q̃.e .ad.f. quod est propositum.

Propositio .34.

Si quotlibet quantitates ad totidem alias comparentur. fueritq; cuiuslibet precedentis ad suam relatiuam maior proportio q̃ alicuius subsequentis ad suam. erit omnium harum pariter acceptarum ad omnes illas pariter acceptas maior proportio q̃ alicuius subsequentiũ ad suam comparem aut etiam q̃ omnium pariter acceptarum ad omnes pariter acceptas: minor autem q̃ prime ad primam



Sit.3.q̃ntitates.a.b.c.relate ad totidẽ alias q̃ sit.d.e.f.sitq; maior ꝓportio.a.ad d.q̃.b.ad.e.et.b.ad.e.sit maior q̃.c.ad.f.dico q̃ ꝓportio.a.b.c.piter acceptar. ad.d.e.f.piter acceptas. ẽ maior q̃.b.ad.e.vl' maior q̃.c. ad.f.et etiã maior.q̃.b







z.c.pariter acceptaꝫ ad.e.z.f.pariter acceptas:z ꝙ ipsa est minor q̃z.a.ad. d.cũ sit eni.a.ad.d.maior q̃z.b.ad.c.erit permutatim.a.ad.b.maior q̃z.d.ad.c.z coniunctim.a.b.ad.b.maior q̃z.d.e.ad.e.z iterum permutatim. a.b.ad. d.e.maior q̃z.b.ad.e.quare per premissam.a.ad.d.est maior q̃z.a.b.ad .d.c. eodẽq3 modo ꝓbat maiorẽ ẽe.b.ad.c.q̃z.b.c.ad.e.f.itaq3 maior ꝓportio ẽ.a.ad.d.q̃z.b.c.ad.e f.q̃re permutatim maior est. a.ad.b.c.q̃z.d.ad.e.f.z coniunctim maior.a.b.c.ad b.c.q̃z.d.c.f.ad.e.f.z iterum permutatim maior.a.b.c.ad.d.c .f.q̃z.c.b .ad.e.f. quare per premissam maior est.a.ad.d.q̃z.a.b.c.ad.d.c.f. quod est ꝓpositum.

¶ Explicit liber quintus ¶ Incipit liber Sextus.

Superficies similes dicũt q̃rũ anguli vnius angulis alterius equales.lateraq3 equos angulos continentia proportionalia.

¶ Vt si trigonus.a.b.c.fuerit equiangulus trigono d.e.f.fueritq3 angulus.a.equalis angulo.d.z angulus.b.equalis angulo.e.z ꝓportio.a.b.ad.d.e.sicut a.c.ad.d.f.z.b.c.ad.e.f.ipsi erunt similes.

Superficies mutuoꝝ laterum sũt inter quarum latera incontinua proportionalitas retrãsitiue habetur.

¶ Vt si duoꝝ quadrilaterum.a.b.c.d. e.f.proportio .a.b.lateris primi.ad. d.c.latus secundi fuerit sicut proportio. e.f. lateris secundi.ad.b.c.latus primi:illa duo quadrilatera dicuntur mutuorum laterum siue mutekesia. ¶ Linea dicitur diuidi secundũ proportionẽ habentẽ medũ z duo extrema quando eadem est proportio totius ad maiorem sui seccionẽ que ẽ maioris ad minorem.

Propositio .1.

Si duarum rectilinearum superficierum equidistantium laterum siue triangulorum fuerit altitudo vna:tanta erit alterutra earum ad alteram.quanta sua basis ad basim alterius.

¶ Sint duo paralellograma.a.b.c.d.e.f.equalis altitudinis.dico eẽ ꝓportionẽ corũ:sicut.b.c.ad.e.f.ponam illa duo paralellograma sup lineã vnam que sit.g.m.erũtq3 propter hoc ꝙ sunt equalis altitudinis inter lineas equidistantes quarũ sit altera .k.n.deinde ex linea.g.m.sumã.g.c.multiplicẽ ꝑm quẽcumq3 numerũ voluero.a.d.b.c.z diuidã eã in ꝑtes equales.b.c.in punctis.b.z. b.a quibus z punto.g. ducã equidistantes linee.a.b.que sũt.g.k.z.b.l.z cõplebo supficies equidistantiũ laterũ.k.b.z.l.b.eritq3 vnaq̃q3 earũ ꝑ.36.primi equalis.a.c. q̃re sicut linea.g.c.ẽ multiplex linee.b.c.ita supficies.c.k.superficiei.a.c. ¶ Similiter quoq3 ad lineã.e.f.sumã ex linea.g.m.lineã.f.m.multiplicẽ ꝑm quẽcũq3 numerũ voluero e.f.z cõplebo superficiẽ equidistãtium laterum ductꝰ linea.m.n.equidistãter linee d.e.eritq3 superficies .n.f. ita multiplex superficiei .d.f.sicut linea .m.f. linee.e. f.zquia per.36. primi si linea.g.c.est maior linea.f.m.superficies.k.c.est maior superficie.n.f.et si minor minor .et si equalis equalis erit per diffinitionẽ icõtinue

proportionalitatis eadem ꝓportio basis.b.c.ad basim.e.f.que est superficici.a.c. ad superficiē.d.f.quod est propositum. ¶ De triangulis equalis altitudinis idem probabis:⁊ eodem modo per.38.primi ductis lineis ab extremitatibus earꝫ quas ad bases fumes multiplices ad vertices triangulorum.



Propositio .2.

Si linea recta duo trianguli latera secans reliquo fuerit equidistans:eam duo illa latera proportionaliter secare. Si vero ꝓportionaliter secet eā reliquo latere equidistare necesse est.

¶ Sit triangulus.a.b.c.cuius duo latera.a.b.⁊.a.c.secet linea.d.e. equidistanter tertio lateri.qō est.b.c. dico ꝙ erit ꝓportio .a.d.ad.d.b.sicut .a.e. ad.e.c.⁊ ecōuerso si fuerit ꝓportio.a.d.ad.d.b.sicut.a.e.ad.e.c.linea.d.e.erit eq̄ distans linee.b.c.protraham enī duas lineas.e.b.⁊.d.c.eritq̄ per.37.primi triangulus.e.d.b.equalis triangulo.d.e.c.propter id qō ipsi sunt ambo sup̄ lineā. d.e. inter lineas equidistantes.itaq̄ per secōam partē.7.quinti: ꝓportio trianguli.a.d.e.ad vtrūq̄ illorum erit vna:sed ꝓportio eiꝰ ꝓpremissā ad triangulū.e.d.b. ē sicut linee.a.d.ad lineā.d.b.⁊ ad triangulū.d.e.c.sicut linee.a.e.ad lineā.e.c. Nam ipe cum vtroq̄ illoꝝ est equalis altitudinis:quare erit ꝓportio.a.d.ad.d.b.sicut. a.e ad.e.c.qō est primum. ¶ Et si hoc fuerit erit per premissam ipsius .a.d.e. vtrūq̄ illoꝝ proportio vna:quare per secundam partem.9.quinti ipsi sunt adinuicē equales:⁊ quia ipsi sunt super eandē basim.videlicet lineam.d.e.⁊ ex eadem ꝓte erit ꝑ 39.primi:linea.d.e.equidistans linee.b.c.qō est secundum.

Propositio .3.

Si ab aliquo angulorum trianguli linea recta ad basim ducta angulum illum per equalia secet: duas partes ipsiꝰ basis reliquis eiusdem trianguli lateribus proportionales esse. Si vero due partes basis quas linea ab angulo ducta distinguit reliquis trianguli lateribus ꝓportionales fuerint lineam illam angulū ꝑ equalia dividere necessario cōprobat.



¶ Sit trigonus.a.b.c.cuius angulum.a.dividat linea. a.d.ꝑ equalia :dico ꝙ proportio.b.d.ad.d.c.est sicut.b.a.ad.a.c.⁊ ecōuerso:protraham enim.b.c. equidistantem.a.d.⁊ producā.c.a.quousq̄ concurrat cū.b.e:in puncto.e.eritq̄ per primam partē.29.primi angulus.e.b.a.equalis angulo.b.a.d. ⁊ per secōam partem eiusdem angulus.e.angulo.d.a.c.quare angulus.e.est equalis angulo .e.b.a.ergo per.6.primi.e. a.est equalis.a.b.⁊ ideo ꝑ primā partem.7.quinti proportio.e.a. ad.a.c.ē sicut.b.a.ad.a.c.sed per premissam.e.a.ad.a.c. ē sicut.b.d.ad.d.c.ergo b.a.ad.a.c.sicut.b.d.ad.d.c.quod est primum. ¶ Secunda pars que est conuersa prime ꝑtis probabitur conuerso modo. Manente enim eadem dispositione si fuerit proportio.b.a.ad.a.c.sicut.b.d.ad.d.c.quare per premissā.e.a.ad.a.c.ē sicut b.d.ad.d.c.erit eadem proportio.e.a.ad.a.c.que est.b.a.ad.a.c. ergo per primā partem.9.quinti.e.a.⁊.a.b.sunt equales. quare per.5.primi duo anguli.e.⁊.e.b.a sunt equales.igitur per primā ⁊ secundā partem.29.primi angulus.b.a.d.ē equalis angulo.d.a.c.quod est secundum.

Propositio .4.



Omnium duorum triangulorum quorꝫ anguli vnius angulis alterius sunt equales: latera equos angulos respicientia sunt proportionalia.

Sunt duo trianguli. a.b.c. d.e.f. equianguli. sitqꝫ angulus. a. eq̃lis angulo. d. ⁊ angulus. b. angulo .e. ⁊ angulus. c. angulo. f. dico qꝫ ꝓportio. d.e. ad. a.b. ⁊ d.f. ad. a.c. est sicut. e.f. ad. b.c. ponã enim ambos triangulos sup lineã vnã que sit. e.c. ita qꝫ duo anguli vnius qui erunt sup hanc lineam sint equales duobus alterius qui erunt super eandẽ. non quidẽ medius medio aut extremus extremo. sed medius vnius extremo alterius. ⁊ ponã duos eorũ medios angulos in eodẽ pũcto coire. sitqꝫ. a. f. c. ipse idẽ triangul⁹ q̃ erat. a.b.c. ⁊ qꝫ anguli. a.f.c. ẽ eq̃lis angulo. e. ⁊ angulus. d.f.e. ãgulo. c. p ypothesiꝫ: erit p primã partem. 28. primi linea. a.f. equidistans. d.e. ⁊ d.f. equidistans. a.c. cõplebo igitur superficiem equidistantium laterum que sit. g.f. eritqꝫ per. 34. primi. g.a. equalis. d.f. ⁊ g.d. equalis. a.f. quia. ergo per secũdum huius. g.a. ad. a.c. sicut. e.f. ad. f.c. et per eandem. e.f. ad. f.c. sicut. e.d. ad. d.g. erit per. 7. quinti .d.f. ad. a.c. ⁊ per eandem. e.d. ad. f.a. sicut. e.f. ad. f.c. quod est propositum.

Propositio .5.



Omnium duorum triangulorũ quorũ cunctorũ laterũ se se respicientiũ ẽ proportio vna anguli lateribus ꝓportionalibus contenti equi sibi inuicem esse probantur.

Hec est conuersa prioris nec fecit ex ea ⁊ premissa vnã cõclusionem sicut fecit in secunda ⁊ tertia huius: qꝫ nec eadẽ figuratione nec eisdẽ medijs demonstratur quibus ꝑcedens. Sint itaqꝫ duo trianguli. a.b.c. d.e.f. sitqꝫ proportio. a.b. ad. d.e. ⁊ a.c. ad. d.f. sicut. b.c. ad. e.f. dico qꝫ angulus. a. ẽ equalis angulo. d. ⁊ angulus. b. angulo. e. ⁊ angulus. c. angulo. f. constituã super lineam. e.f. in opposita pte trianguli. d.e.f. angulũ. f.e.g. equalem angulo. b. ⁊ angulũ. e.f.g equalem angulo. c. eritqꝫ per. 32. primi: angulus. g. equalis angulo. a. ergo per premissam proportio. a.b. ad. e.g. ⁊ a.c. ad. f.g. sicut. b.c. ad. e.f. quare. a.b. ad. d.e. sicut ad. e.g. ⁊ a.c. ad. d.f. sicut ad. f.g. igitur per secundam partem none quinti d.e. est equalis. e.g. ⁊ per eandem. d.f. equalis. f.g. quare per. 8. primi: duo trianguli. d.e.f. ⁊ g.e.f. sunt equianguli: quare ergo triangulus. g.e.f. est etiam equiangulus triangulo. a.b.c. constat propositum.

Propositio .6.

Omnes duo trianguli quorum vnus angulus vni⁹ vni angulo alterius eq̃lis. lateraqꝫ illos duos equos angulos continentia proportionalia sunt inter se inuicem equianguli.

Maneat prior dispositio. ⁊ sit solũ angulus. b. equalis angulo. d.e.f. ⁊ proportio. a.b. ad. d.e. sicut. b.c. ad. e.f. dico adhuc duos triãgulos. a.b.c. d e.f. esse equiangulos: cum enim sit per. 4. huius propter ypothesis p̃misse conclu/

tionis.a.b.ad.c.g.sicut.b.c.ad.e.f.erit.a.b.ad.d.e.sicut.a.b.ad.c.g.quare per se cundam partem none quinti.d.e.est equalis.c.g.quia ergo duo latera.d.e.⁊.e,f. trigoni.d.e.f.sunt equalia duobus lateribus.c.g.⁊.e.f.trigoni.g.c.f.⁊ angulus.e. vnius angulo.c.alterius:quia vterq; est equalis angulo.b.ipsi erunt per quartam primi equianguli ⁊ quia.c.g.f.est etiam equiangulus.a.b.c.patet propositum.

Propositio .7.

I fuerint duo trianguli quorum vnus angulus vnius vni angulo alterius equalis:duoq; suorum reliquorum angulorum lateribus proportionalibus contenti:duorum vero demum reliquorum vterq; aut neuter recto angulo minor necesse est illos duos triangulos omnibus suis angulis inter se inuicem equiangulos esse.

¶ Sint duo trianguli.a.b.c.d.e.f.sitq; angulus.a.equalis angulo.d.⁊ proportio a.c.ad.d.f.sicut.c.b.ad.f.e.⁊ vterq; duoꝝ angulorum.b.⁊.e.aut neuter sit minor recto:dico eos esse equiangulos.Si enim angulus.c.vnius est equalis angulo.f. alterius:patet propositũ per premissam.Sin autem sit.c.maior fiatq; angulus. a.c g.equalis eidem:eritq; per.32.primi triangulus.a.g.c.equiangulus triangulo.d. e.f.quare per quartam huius proportio.a.c.ad.d.f.sicut.g.c.ad.e.f.s; sic fuit.b.c ad.e.f.ergo per.9.quinti.g.c.⁊.b.c.sunt equales .ergo per quintã primi angulus b.est equalis angulo.b.g.c.si ergo neuter duorũ angulorꝝ.b .⁊.c. fuerit minor recto:accidet duos angulos vnius trianguli nõ esse minores duobus rectis: qõ esse non potest per.32.primi Qõ si vterq; fuerit minor recto:erit ãgulus.a.g.c.maior recto per.13.primi:quare ⁊ angulus.e.sibi equalis est etiam recto maior qõ ẽ contra ypothe.quare destructo opposito remanet propositũ: oportet aũt vtrũq; angulorum reliquorꝝ aut neutrũ esse minorem recto.possibile enim est in eodem triangulo vt in triãgulo.a.b.c.l ncam.g.c.eẽ equalẽ.b.c .⁊ iõ erit.a.c.ad vtrãq; eaꝝ vna proportio per.7.quinti.Nec tamẽ erunt trianguli.a.g.c. ⁊.a. b.c. equianguli quãuis vnus angulus vnius sit equalis vni angulo alterius immo idem vt angulus.a.⁊ proportio lincę.a .c.put est latus magni ad.a.c.prout est latus pui sicut b.c.latus magni. ad.g.c. latus parui . vtraq; enim equalis : ⁊ hoc est ꝓpter hoc q angulus.g.minoris est maior recto:⁊ angulus.b.maioris minor.Nam in omni triangulo duum equalium laterum vterq; angulorum qui sunt ad basim est minor recto.

Propositio .8.

I ab orthogonij angulo recto ad basim linea perpendicularis ducatur. fiẽt duo trianguli partiales toti triangulo ⁊ sibi inuicem similes. Unde etiam manifestum est quia in omni triangulo rectangulo si ab eius angulo recto ad basim perpendicularis ducatur. erit ipsa perpendicularis inter duas sectiones ipsius basis proportionalis. Itemq; vtrũq; latus inter totam basim atq; sibi conterminalẽ basis portionem.

¶ Sit trigonus.a.b.c.orthogonius eiusq; angulus.a.rectus a quo ducatur. a.d.





perpendicularis ad basim. dico q̃ vterq̃ duorum triangulorum partialium qui sũ a.b.d.a.d.c. similis est totali triangulo.a.b.c. ⁊ vnus eorum alteri. ē enim vterq̃ ipsorum equiangulus totali per.32.primi. eo q̃ vterq̃ est orthogonius ⁊ in vno angulo cõmunicat cum totali: quare ⁊ sibi inuicem sunt equianguli. ita q̃ angulus b. est equalis angulo.d.a.c. ⁊ angulus.b.a.d. angulo.c. ⁊ duo anguli qui sunt.ad d. sibi inuicem ⁊ angulo.a. totali equales: quare per.4.huius latera equos eorum angulos respicientia. sunt proportionalia: ergo per diffinitionem sunt similes: qd̃ est propositum: vtrũq̃ conel'. ex his euidenter apparet.

Propositio .9.



Duabus lineis propositis tertiam inter eas sub proportionalitate continua collocare.

Sint due linee proposite.a.b.⁊.c. inter quas volo vnam lineam in proportionalitate continua collocare. Adiungam vnam earuz alteri sitq̃ tota ex eis composita.a.d. ita q̃.b.d. sit equale.c. ⁊ super totam describo semicirculum.a.e.d. ⁊ produco .e.b. vsq̃ ad circumferentiam perpendicularem ad lineam.a.d. dico lineam.b.e. esse quē querimus: produco enim lineas.e.a. ⁊.e.d. eritq̃ per.30.tertij angulus.e. totalis rectus: quare per primam partē conel'. premisse ꝓportio.a.b.ad.b.e. sicut.b.e.ad.b.d. qd̃ est propositum.

Propositio .10.



Duabus lineis datis tertiam eis in continua proportionalitate subiungere.

Sint due linee proposite.a.b.⁊.c. quibus volo tertiam in cõtinua proportionalitate subiungere: coniũgo lineam.c. angulariter vt cõtingit cuz linea.a.b. sitq̃.a.d. sibi equalis. ⁊ produco lineã.a.b. vsq̃ ad.e. donec fiat.b.e. equalis.a.d. ⁊ protracta linea.b.d.a puncto.e. duco lineã sibi equidistantemq̃ ⁊ lineam.a.d. produco quousq̃ concurrant in puncto. f. dico igitur lineam.d.f. esse quē querimus. est enim per secundã huius proportio.a.b. ad.b.e. sicut.a.d.ad.d.f. sed.a.b.ad.b.e: est sicut.a.b.ad.a.d. per.2.ptē.7.quinti: quare.a.b.ad.a.d. sicut.a.d.ad.d.f. qd̃ est propositum. Qd̃ si propositis tribus lineis velimus inuenire quartam. ad quam sit proportio tertie sicut prime ad secũdaz: ex prima ⁊ secũda fiat linea vna ⁊ toti cõposite tertia: angulariter adiungat̃ ⁊ a cõmuni termio prime ⁊ secunde: ducatur linea ad extremitatē tertie: ⁊ ab altero termino secũde ducat̃ huic linee equidistans: quousq̃ concurrat cum tertia in cõtinuuz rectumq̃ protracta: eritq̃ per secundam huius linea q̃ hec equidistãs abscindet que queritur: quēadmodum si in hac figura fuerit prima.a.b. secunda.b.c. tertia.a.d. erit quarta.d.f.

Propositio .11.

A assignata linea quotamcũq̃ iubearis partem abscindere.

Sit.a.b. linea assignata ab ea volo aliquotam partem vtpote tertiam abscindere: coniungo ei angulariter vt contingit lineam indefinite quantitatis que sit .a.c.a qua reseco tres equas portiones.

que sint a.d.d.e.⁊.e.c.⁊ produco lineas .c.b.⁊.d.f.sibi equidistãtes.dico.a.f.esse tertiam.a.b.est enim per secundam huius proportio.c.d.ad.d.a.sicut.b.f.ad.f.a quare coniunctim.c.a.ad.d.a.sicut.b.a.ad.f.a.cum igitur.c.a.sit tripla.ad. d.a. patet.a.f.esse tertiam.a.b.quod est propositum.



Propositio .12.

Dabus lineis propositis altera indiuisa altera per partes diuisa: indiuisam quidem ad modum diuise diuidere.

Sint duo linee quas angulariter vt continget coiungam.a.b.⁊.a c.sitq3.a.b.diuisa in tres vel qualescũq3 portiones signatis i ea punctis.d.⁊.e.volo secundũ easdem portiones diuidere lineam.a.c.cum igitur ipsas angulariter cõiũxero.protrahã lineã.b.c.⁊ equidistantes.ei.d.f.⁊.e.g dico istas equidistantes diuidere lineam.a.c.in partes proportionales partib⁹.a. b.protraham enim.f.b.equidistantez.a.b.que secet.e.g.in puncto.k.eritq3 per secundã huius proportio.g.f.ad.f.a.sicut.e.d.ad.d.a.⁊.e.g.ad.g.f.sicut.b.k.ad.k f.quare ⁊ sicut.b.e.ad.e.d.per.34.primi.⁊ scõam partem.7.quinti qõ est ꝓpositũ Oportet autem secũdam huius totiens repetere quot erunt partes linee.a.b. minus vna.At vero.34.primi.⁊ septimi quinti minus duabus.



Propositio .13.

Si due superficies equidistantium laterum quarum vnus angulus vnius vni angulo alterius equalis equales fuerint latera duos equos angulos continentia mutekesia eẽ Si vero latera duos equos angulos cõtinẽtia mutekesia fuerint duas superficies equales esse necesse est.

Sint due superficies.a.b.c.d.⁊.c.e.f.g.equidistantium laterum ⁊ equales. sitq3 angulus.c.vnius equalis angulo.c.alterius.dico ꝓportionẽ.b.c.ad.c.g.esse sicut e.c.ad.c.d.⁊ si ꝓportio.b.c.ad.c.g.fuerit sicut.e.c.ad .c.d. ⁊ predicti anguli fuerint adhuc equales: dico illas duas superficies equidistantiũ laterũ esse equales. coniungam enim eas angulariter videlicet angulum.c.vnius cum angulo.c.alteri⁹ ita ꝙ duo latera earum que sunt.b.c.⁊.c.g.fiant linea vna :eruntq3 similiter duo reliqua latera.d.c.⁊.c.e.linea vna.alioquin sequereẽ per presentem ypothe.que est angulum.c.vnius:esse equalem angulo.c.alterius.⁊ per.15.primi:partem cẽ equalem toti.cõplebo itaq3 supficiem equidistantium laterum productis lineis.a.d.⁊.f g.quousq3 concurrant in.b.eritq3 per primam partem.7.quinti vtriusq3 superficici.a.c.⁊.c.f.ad superficiem.c.b.proportio vna:⁊ quia per primam huius ꝓportio superficici.a.c.ad supficiẽ.c.b.sicut linee.b.c.ad lineam.c. g. ⁊ superficici. c.f. ad eandem superficiem.c.b.sicut ·e.c.ad.c.d.manifesta ẽ prima pars proposite cõclusionis.Scõa ꝑs sic p3.ꝙ primã eni huius ẽ proportio.b.c.ad. c.g. sicut.a. c.ad c.b.⁊.e.c.ad.c.d.sicut.c.f.ad eandẽ.c.b.⁊ qꝛ positũ ẽ ꝙ proportio.b.c.ẽ ad.c.g.sicut.e.c.ad.c.d.erit vtriusq3 duaꝝ supficierũ.a.c.⁊.e.g.ad supficiẽ .c.b. vna proportio.ergo per primã partem.9.quinti.a.c.est equalis.c.f.sicq3 patet scõa pars.

Propositio .14.

Si duo trianguli quorum vnus angulus vnius vni angulo alteri⁹ equalis eq̃les fuerint:latera duos angulos equos continentia erunt mutekesia. Si vero latera duos equos angulos cõtinentia fuerint mutekesia duo trianguli eq̃les



esse comprobantur.

¶ Sint duo trianguli.a.b.c.c.d.e.equales:sitq3 angulus.c.vnius equalis angulo c.alterius:dico proportionem.a.c.ad.c.e.esse sicut.d.c.ad.c.b.⁊ si fuerit ꝓportio a.c.ad.c.e.sicut.d.c.ad.c.b.⁊ predicti anguli fuerint adhuc equales:dico illos duos triangulos esse equales:coniungam enim eos angulariter ita ꝙ latera.a.c.⁊.c.e.fiant linea vna.eruntq3 similiter.b.c.⁊.c. d. linea vna. aliter sequeretur partem esse equalem toti.per.15.primi:⁊ protraham lineam.b.e.eritq3 per primam ꝑtem 7.quinti vtriusq3 dictoꝝ triangulorꝝ ad triangulum.c.b.c.proportio vna: ⁊ qꝛ per primam huius primi eorum ad ipsum est sicut.a.c.ad.c.e.⁊ secundi eorum ad eũdem sicut.d.c.ad.c.b.manifesta est prima pars ꝓposite conclusionis. ¶ Secunda pars ecõuerso probatur.qꝛ.a.c.ad.c.e.est sicut primi trianguli ad triangulũ.b.c.e ⁊.d.c.ad.c.b.sicut secundi ad eundem per primam huius:⁊ quia positum est vt sit a.c.ad.c.e.sicut.d.c.ad.c.b.erit vtriusq3 dictorum triangulorum ad triangulũ.b.c.e.vna proportio:quare per primam ꝑtem.9.quinti ipsi sunt equales. sicq3 patet secunda pars.

Propositio .15.





Si fuerint quatuor linee proportionales quod sub prima ⁊ vltima rectangulum continetur:equũ erit ei qd̃ sub duabus reliquis. Si vero qd̃ sub prima ⁊ vltima continetur equum fuerit ei qd̃ sub duabus reliquis continetur rectãgulum:quatuor lineas proportionales esse conuenit.

¶ Sint quatuor linee.a.b.c.d.proportionales:Sitq3 proportio.a. ad.b .sicut.c. ad.d.dico ꝙ superficies contenta sub.a.⁊.d.equalis est superficiei contente sub.b ⁊.c.⁊ si superficies contenta sub.a.⁊.d.est equalis supficiei contente sub.b. ⁊.c.dico ꝙ proportio.a.ad.b.est sicut.c.ad.d. Fiant eni superficies contenta sub.a.⁊.d ⁊ superficies cõtenta sub.b.⁊.c. Si ergo est ꝓportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d. latera illarum superficierũ erunt mutekesia.sed ⁊ anguli ab eis contenti equales:qꝛ vtraq3 est rectoꝝ angulorũ: quare per scdam partẽ.13.huius ipsi sunt equales quod est primum. ¶ Secõm patet per primam partem eiusdẽ.si enim ipse sunt equales. qꝛ oes anguli earum sunt recti : latera earum erunt mutekesia:quare proportio.a.ad.b. sicut.c.ad.d.quod est secundum.

Propositio .16.



Si fuerint tres linee proportionales qd̃ sub prima ⁊ tertia rectangulus continetur: equũ erit ei qd̃ a secunda quadrato describitur. Si vero qd̃ sub prima ⁊ tertia continetur equum est ei quadrato qd̃ a secunda producitur: ipse tres linee proportionales erunt.

¶ Sit proportio linee.a.ad lineam.b.sicut linee.b.ad lineam.c.dico ꝙ superficies contenta sub.a.⁊.c.equalis est quadrato.b.⁊ si superficies contenta sub.a.⁊.c.est equalis quadrato.b.dico ꝙ proportio.a.ad.b.est sicut.b.ad.c.hoc autem est euidens per precedentem posita alia linea que sit equalis.b.ita ꝙ.b.sit in ratione secunde ⁊ tertie.

Propositio .17.

Si fuerint duo triãguli similes proportio alterius ad alterũ est tanq̃ ꝓportio cuiuslibet sui lateris ad suũ relatiuũ latꝰ alteriꝰ duplicata. Manifestũ etiã ex hoc qꝛ omnium triũ lineaꝝ cõtinue ꝓportionaliũ quãta ẽ prima ad tertiã tanta erit superficies cõstituta sup primã ad superficiẽ cõstitutã sup secũdam. cũ fuerit ei similis in lineatione ⁊ creatione.

¶ Sint duo trianguli. a.b.c. ⁊ d.e.f. similes erũtq̃ ꝑ diffinitionẽ equianguli ⁊ laterum ꝓportionalium. Sit ergo angulus. a. equalis angulo. d. ⁊ angulus. b. angulo e. ⁊ angulus. c. angulo. f. eritq̃ proportio. a.b. ad. d.e. ⁊ a.c. ad. d.f. sicut. b.c. ad. e f. dico q̃ proportio trianguli. a.b.c. ad triangulum. d.e.f. ẽ sicut ꝓportio. b.c. ad. e f. duplicata. Subiũgat̃ enim ꝑ doctrinã. 1 o. huius duabus lineis. b.c. ⁊ e.f. tertia in continua proportionalitate que sit. c.g. ꝓtracta aut resecata. c.b. si. c.g. fuerit ea maiꝛ aut minꝛ ⁊ producatur linea. g.a. eritq̃ per secũdam partem. 14. huius triangulus. a.g.c. equalis triangulo. d.e.f. propter id qõ ꝓportio. a.c. ad. d.f. est sicut. e f. ad. c.g. ⁊ angulus. c. equalis angulo. f. quare per secũdam partem. 7. quinti trianguli. a.b.c. ad vtrũq̃ illorum erit vna ꝓportio: sed per primã huius ꝓportio trianguli. a.b.c. ad triangulum. a.g.c. est sicut b.c. ad. g.c. At vero ꝓportio. b.c. ad. c.g sicut. b.c. ad. c.f. duplicata per. 10. descriptionem quinti: ꝗ ꝓportio trianguli. a.b. c. ad triangulum. d.e.f. ẽ sicut proportio. b.c. ad. d.f. duplicata qõ est ꝓpositum. Si autẽ. c.g. sit equalis. b.c. erit per secũdam ꝑtem. 14. huius triangulus. a.b.c. equalis triangulo. d.e.f. equalis autẽ ꝓportio cõponitur ex equali duplicata vel triplicata vel quotiensciũq̃ sumpta. Istam eandẽ passionẽ possemus eodẽ modo ⁊ per eadem media demonstrare de superficiebus equidistantium laterũ similibus sumpta solũ. 13. presentis loco. 14. Non demonstrat autẽ eam. qꝛ per sequentem demõstratur vniuersaliter de omnibus supficiebus similibꝰ. Quare ꝑ corol. q̃ vniuersaliter ꝓponitur de omnibus supsiciebus similibus nõdũ patet nisi de triangulis. sꝫ demonstrata sequente patens erit de omnibus. Posuit autem ipsum hic ⁊ non in sequente quia est corol. huius. non autem sequentis: ex modo enim demonstrationis huius sua veritas manifestata est. non ex modo illius.



Propositio .18.

Omnes due superficies similes multiangule sunt diuisibiles in triangulos similes atq̃ numero equales. Estq̃ ꝓportio alterius earum ad alteram sicut cuiuslibet sui lateris ad suum relatiuum latus alterius proportio duplicata

¶ Sint gratia exempli duo pentbagoni. a.c. d.f.b.k. sil̃es. dico q̃ ipsi sunt diuisibiles in triangulos sil̃es numero eq̃les. ⁊ q̃ ꝓportio alterius eorum ad alteꝝ ẽ sicut. a.b. ad. f.g. ꝓportõ duplicata. ducãt̃ ei linee due. a.c. ⁊ a.d. itẽq̃ f.b. ⁊ f.k. eritq̃ ꝑ presentẽ ꝟpothe: ⁊ ꝑ. 6. huius triangulus. a.b.c. equiangulus triangulo. f.g.b. ⁊ triangulus. a.c.d. triangulo. f.l.k. Similiter quoq̃ per hãc cõem sciam. Si ab equalibus equalia demas que re. equa sunt: erit triangulꝰ. a.c.d. equiangulus triangulo. f.b.k. Nam ipsi pentbagoni positi sunt equianguli. ⁊ lateꝝ ꝓportionaliũ: ⁊ qꝛ trianguli in quos diuidunt̃ sunt adinuicẽ equianguli: vt ꝓbatum est. erunt etiã ⁊ sil̃es ꝑ. 4. huius ⁊ diffinitionẽ similiũ supficieꝝ: quare cum ipsi sint numero equales patet primũ. ¶ Secõm sic. ꝓtrahant̃. b.d. que secet. a.c. i puncto



m.⁊.g.k.que secet.f.b.in puncto.n.eritq3 triangulus.b.c.d.equiangulus triangulo.g.b.k.per.6.huius ⁊ presentē ypoth.quare ⁊ triangulus.a.b.m.triangulo .f.g.n.⁊.a.m.d.f.n.k.ergo p.4.huius proportio.b.m.ad.g.n.est sicut.a.m.ad. f.n.⁊ a.m.ad.f.n.sicut.m.d.ad.n.k.quare per.11.quinti.b.m.ad.g.n.sicut.m.d.ad.n.k.ergo pmutatim.b.m.ad.m.d.sicut.g.n.ad.n.k.sed per primā huius.a.b.m.ad a.m.d.⁊.b.c.m.ad.c.m.d.sicut.b.m.ad.m.d.⁊ per candē.f.g.n.ad.f.n.k.⁊.g.n b.ad.b.n.k.sicut.g.n.ad.n.k.ergo p.13.quinti.a.b.c.ad.a.c.d.sicut.f.g.b. ad.f.b.k.quare permutatim.a.b.c.ad.f.g.b.sicut.a.c.d.ad.f.b. k.eadē rōne ꝓbabis q ⁊ sicut.a.c.d.ad.f.l.k.ergo p.13.pmi quiti toti⁹ pēthagoni ad totū pēthagonū sicut.a.b.c.ad.f.g.b.per pmissam igitur est proportio penthagoni.a.c.d.ad penthagonū.f.b.k.sicut ꝓportio.a.b.ad.f.g.duplicata qō est ꝓpositū:ex quo rursus patet corol.precedentis. ¶ Aliter pōt demōstrari scōm.cū eni trianguli i quos pethagoni diuidunt sint adinuicem similes: erit per precedētem proportio.a.b.c.ad f.g.b.sicut.b.c.ad.g.b.duplicata.⁊.a.c.d.ad.f.b.k.sicut.c.d.ad.b. k.duplicata. ⁊.a.c.d.ad.f.l.k.sicut.d.c.ad.k.l.duplicata.q: igitur omnes hee ꝓportiōes duplicate sunt equales propter hoc qō positū est simplas esse equales:erit p.13.quinti totius penthagoni ad totum penthagonum sicut lateris vnius ad suum relatiuum.latus alterius proportio duplicata.



Propositio .19.

Supra datam lineam date superficiei similem superficiem describere.

¶ Sit data linea.a.b.supra quā volo constituere superficiem similē date supficiei que sit penthagona:⁊ sit.c.d.e.f.g. diuido hunc pēthagonū in triangulos ductis lineis.d.f.⁊.d.g.⁊ sup punctū.a.cōstituo angulum equalē angulo.c.ducta linea.a.b.⁊ super punctū.b.constituo alium angulum:qui sit.a.b.h.equalē angulo.c.d.g. ꝓtracta linea.b.h.quousq3 cōcurrat cū a.b.in pūcto.h.eritq3 per.32.primi angulus.a.b.h.equalis angulo .c.g.d. ⁊ ideo per.4.huius latera duoꝝ triangulorꝝ.g.c.d.⁊.h.a.b.ꝓportionalia:facio quoq3 angulum.h.b.k.ducta linea.b.k.equalē angulo.g.d.f.⁊ angulum.k.b.l. ducta linea b.c.equalē angulo.f.e.d.⁊ angulum.h.b.k.ducta linea.h.k.equalē angulo.d.g.f. ⁊ angulum.h.k.l.ducta linea.k.l.equalē angulo.d.f.e.eritq3 perfectus penthagonus qui cōstituend⁹ erat sup lineā.a.b. est eni equiangulus dato penthagono ꝓpter equalitatē angulorꝝ triangulorꝝ in quos est vterq3 diuisus sed ⁊ laterū ꝓportionaliū propter ꝓportionalitatē laterum ipsorū triangulorꝝ que ex.4. huius euidenter apparet:quare per diffinitionem similium superficierū penthagonus constitutus super lineam.a.b.est similis penthagono dato qō est propositum.



Propositio .20.

Si fuerint vni superficiei similes quaslibet superficies sibi inuicem similes esse necesse est.

¶ Sit vterq3 penthagonorum.a..b.c.d.e.f.similis penthagono.g.h k.dico eos esse similes sibi inuicem. Est enim vterq3 eorum equiangulus pēthagono .g.h.k.per cōuersionē diffinitōis siliū superficiēꝝ: quare sunt equianguli adinuicē. Similiter quoq3 ꝑ cōuersionē eiusdē diffinitionis

proportio.a.b.ad.g.b.sicut.a.c.ad.g.k.⁊.g.b.ad.d.e.sicut.g.k.ad.d.f. ergo per equam proportionalitatem.a.b.ad.d.e.sicut.a.c.ad.d.f. eodem modo probabis reliqua latera penthagonorum.a.b.c.⁊.d.e.f.continentia equos angulos esse proportionalia.per diffinitionem itaq; similium superficierum ipsi sunt similes adinuicem.quod est propositum.

Propositio .21.

Si fuerint quotlibet linee proportionales atq; sup binas ⁊ binas similes superficies designentur:ipse quoq; superficies erunt proportionales. Si vero super binas ⁊ binas similes superficies constitute fuerint,pportionales:ipsas quoq; lineas proportionales esse necesse est.

¶ Sint quatuor linee proportionales.a.b.c,d.sitq; proportio.a.ad.b. sicut.c. ad d.dico q̃ si superficies similes constituantur super.a.⁊.b.vtpote duo penthagoni similes ⁊ alie similes constituantur super.c.⁊.d. vtpote duo trianguli similes: erit proportio penthagonorum sicut triangulorum. Qd̃ si fuerint penthagoni similes ⁊ similiter etiã trianguli similes:fueritq; proportio penthagoni ad penthagonum:sicut trianguli ad triangulũ:dico q̃ erit ,pportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.Subiungat̃ enim lineis.a.⁊.b.c.⁊ lineis.c.⁊.d.f .in continua,pportionalitate:sicut docet.10.huius.eritq; per.22.quinti ⁊ per equã ,pportionalitatẽ.a.ad.e.sicut.c.ad.f. quia ergo per correl'.17.huius proportio penthagonorum: ẽ sicut.a.ad.e.⁊ triangulorum sicut.c.ad.f.erit proportio penthagonorum sicut triangulorum:⁊ hoc est primũ. ¶ Scdm sic patet.Sint duo penthagoni similes ⁊ duo trianguli sil'es. sitq; proportio penthagonorum sicut triangnlorum.dico q̃ proportio. a. ad.b. ẽ sicut c.ad.d.Sit enim.c.ad.g.sicut.a.ad.b.hoc enim qualiter fiat.dictum est supra.10 huius .⁊ super.g.fiat sicut docet.19.huius.superficies similis illi que est constituta super lineam.c.eritq; per premissam similis ei que constituta est super lineam.d. eritq; etiam per primam partem huius.21.que proportio penthagoni.a. ad penthagonum.b.eadem trianguli.c.ad triangulum.g.sed eadem erat etiam trianguli.c.ad triangulum.d.ergo per secundam partem.9.quinti triangulus. d.est equalis triangulo.g.Et quia sunt similes:erit linea.g.equalis linee.d.per primam partem.17.huius cum super lineas.c.d.⁊ .g.sint trianguli:vel per secundam partem 18.cum fuerint quelibet alie figure multiangule:equalitas eni nõ ,pducit̃ ex aliqua proportione duplicata vel triplicata vel quotienslibet sumpta nisi ex eq̃li.erit itaq; c.ad.d.sicut.a.ad.b.quod est propositum.



Propositio .22.

Uncte superficies equidistantium laterum que circa diametrum consistunt toti paralellogramo atq; sibi inuicem sunt similes.

¶ Sit vt in paralellogramo.b.d.cuius diameter.a.c. consistant superficies.g.b.⁊.f.k.equidistãtiũ laterũ.circa diametrũ.dico eas cẽ sil'es toti paralellogramo ⁊ sibi iuicẽ.ẽ eni p̃ scdas h⁹ .b.g.ad.g.c.⁊.d.b.ad.b.c.sicut.a.e ad..e.c.ergo coniunctiz.b.c.ad.c.g.⁊.d.c.ad.c.b.sicut.a.c.ad.c.e. q̃re p.11.hui⁹ b.c.ad.c.g.sicut.d.c.ad.c.b.sed etiam sicut.a.b.ad.c.g.cũ.a.b.sit eq̃lis.d.c.⁊.c. g.b.c.eodẽ modo erit .a.d.ad.e.b.sicut.a.b.ad.c.g.⁊.d.c.ad.b.c.quia ergo ista



paralellograma sunt equiangula constat per diffinitionē similium superficierū.g.h. esse sile.b.d. Sili quoqz modo ꝓbat.f.k.ēe sile eidē. ꝓpt hoc q.b.a.ad.a.k.z.d.a ad.a.f.ē sicut.c.a.ad.a.e.p scōdz bui⁹ z cōiūctā ꝓportionalitatē:qre p.20.bui⁹.f.k ē etiā sile.g.b.sicqz pz totū.



Propositio .23.

SI in suo spacio palellogramū partiale distinctum toti paralellogramo simile.atqz scōm suū illius esse fuerit:circa eiusdem diametrum consistit.

Sit ut in paralellogramo.b.d.sit distinctum paralellogramū. f.g. qō sit sibi simile.z scōm suū ēe.i.participans cū eo in angulo.c. dico q̄ paralellogramū.f. g.consistit circa diametrū paralellogrami .b.d.z. est hec conuersa precedentis.producā enī.a.e.c.que si fuerit diameter paralellogrami.b.d.cōstat propositum.Sin autem sit.a.b.c.diameter eius.z ducat.b.k. equidistans.f. c.eritqz per premissam paralellogramū.f.k.simile palellogramo.b.d.ergo per conuersionē diffinitionis similium superficierū ꝓportio.b.c.ad.k.c.ē sicut.d.c.ad.f.c. sed per eandē cōuersionē dicte diffinitionis ꝓportio.b.c.ad. g.c.ē sicut.d.c.ad.f.c propter id qō palellogramum.f.g.positum est simile paralellogramo.b.d.ergo per 11.quinti proportio.b.c.ad.g.c.est sicut.b.c.ad.k.c.vtraqz enī est sicut.d.c.ad.f.c quare p secūdā ptē none quinti.g.c.est equalis.k.c.pars videlicet toti quod ē impossibile.Erit igitur.a.e.c.diameter palellogrami.b.d.quod est propositum.



Propositio .24.

OMnium duarum superficierum equidistantium laterum quarum vnus angulus vnius vni angulo alterius equalis ꝓportio alterius ad alteram ē que ꝓducitur ex duab⁹ proportionibus suorū laterū duos equos angulos ꝓtinentium

Sint due supficies equidistantiū laterū.a.c.z.e.d.sitqz angul⁹.b. vnius equalis angulo.b.alterius. dico q̄ ꝓportio vnius ad alterā ꝓducta est ex proportione.a.b.ad.b.d.z.c.b.ad.b.e.disponā enim has duas supficies penitus sicut disposui eas in..13.huius.adiuncto ad vtrāqz palellogramo.c.d.z ponam ut ꝓportio linee.f.ad lineā.g.sit sicut.a.b.ad.b.d.z.g.ad.b.sicut.c.b.ad.b.e.qualiter enī hoc fiat.dictum est supra.10.huius:eritqz per primā huius.z.11.quinti. a.c. ad.c.d.sicut.f.ad.g.z.c.d.ad.d.e.sicut.g.ad.b.quare p.22.quinti erit in equa ꝓportionalitate.a.c.ad.d.e.sicut.f.ad.b.z quia.f.ad.b.producitur ex.f.ad.g. z.g. ad.b.vt dictū ē in fine expositionis.11.diffinitōis q̄nti.erit ut.a.c.ad.d.e.ꝓducat ex eisdē:q̄re cōstat ꝓpositū.



Propositio .25.

DAte supficiei similem alijqz ꝓposite equalem designare.

Sint ꝓposite due supficies rectilinee.A.penthagona.B.exagona. volo facere vnā supficiem silem.a.z equalē.b.vtrāqz ꝓpositarū superficierū resoluo in triangulos.A quidez i triangulos.c.a.d.B.vero i triangulos.e.b.f.g.z sup basim superficiei.a.que sit.b.k.cōstituo secūdū doctrinā.44.primi superficiē equidistantium laterum rectangulam equalem c.que sit.b.l.z.l.m.equalem.a.z.m.n.equalem.d.ut sit tota superficies equidistātium laterum.b.n.constituta super basim .b. k. equalis penthagono.a. Eodem modo super lineam.k.n.que est ꝗm latus huius superficiei constituo aliā superficiem rectangulā eqlem exagono.b.q: facio.k.o.equalem.e.z.o.p.equalē.b.z.p.q equalē.f.z.q.r.equalem.g.vt sit tota rectangula superficies.n.r.equalis exagono.

b.⁊ pono per.9.huius lineam.s.t.proportionalē inter lineam.h. k.⁊ lineā.k.r. ⁊ super eam scōm doctrinam.19.huius constituo superficiem.v. similem superficici a.dico ipsā esse quā querimus ⁊ equalem superficici.b.cum enim tres linee.h.k.s.t. ⁊.k.r.sint continue proportionales.⁊ super primā ⁊ secūdā sunt constitute super/ficies similes videlicet.a.⁊. v.erit per corol.17.huius.a.ad.v.sicut. h.k. ad.k.r. quare per primam huius sicut.h.n.ad.n.r.⁊ ideo per primam partem septime q̄n ti sicut.a.ad.n.r.⁊ propter hoc per secundam partem eiusdem sicut.a. ad.b. itaq; per scōam. partē.9.quinti.v.est equalis.b.qō est propositum. ¶ Qō etiā possum⁹ ex pmutata ꝓportionalitate facile ꝓbare.quia cum sit. a.ad.v.sicut.h.n.ad.n.r. erit permutatim.a.ad.h.n.sicut.v.ad.n.r.⁊ quia.a.est equalis.h.n.erit.v.equa/lis n.r.quare.v.est etiā equalis.b.per hanc cōmunē scientiam:quecunq; vni ⁊ ei/dem sunt equalia inter se sunt equalia. Nō est autē necessariū vt superficies.h. l.l. m.⁊.m.n.equidistantium laterum equales triangulis.c.a.d.aut supficies.k. o.o. p.p.q.⁊.q.r.equales triangulis.e.b.f.g.sint rectangule. sed ut angulus extrinsec⁹ superficici.l.m.sit equalis angulo intrinseco superficici.l.h.⁊ extrinsecus.m.n.in/trinseco.m.l. Similiter quoq; ut extrinsecus superficici.k.o.sit equalis intrinseco superficici.h.n.⁊ extrinsecus.o.p.intrinseco.k.o.sicq; de ceteris. Cum enim sic fue rit erit vnaquaq; linearum.k.n.⁊ sibi opposita.h.m.itemq;.h.r.⁊ sibi opposita.n q.linea vna per vltimam partem·29.primi:⁊ per·14.eiusdem: quotiens oportue/rit equaliter repetitas:propter id qō omnes superficies.h.l.l.m.⁊.m.n. Itemq;.k o.o.p.p.q.⁊.q.r.sunt equidistantium laterum ⁊ angulus extrinsec⁹ cuiusq; sequē/tis est equalis intrinseco eā pcedentis:quare due supficies.h.n.⁊.n.r.erunt equi/distantium laterū ⁊ inter lineas equidistantes.⁊ equalis altitudinis. Cetera ergo argue vt prius:





Propositio .26.

Super dimidiū date linee palellogramū designatum ma/ius ē eo palellogramo cui date linee applicato deest ad cōpletionē linee sil'e ⁊ sup diametruz consistens super di midium collocati.

¶ Sit data linea.a. b.sup cuius dimidiū.c.b.cōstituat palellogramū c.d.cuius diameter.b.e.⁊ ad lineā.a.b.applicet palellogramū.a.f.cuius vnū lat⁹ secet.e.c.in puncto.g.ita q̄ ad cōplementū totius linee.a.b. desit supficies. f.b.q̄ sit similis supficici.c.d.⁊ consistēs circa diametrū eius:dico tunc q̄ palellogramū c.d.est maiⁿ palellogramo.a.f. Est enī p primā huius.a.g.equale.g. b.⁊ p.43.pri mi.e.f.equale.f.d.ergo per hāc cōmunē scientiam:si equalibus equalia addas.⁊c. erit gnomo cōstans ex tribus palellogramis q̄ sunt.e.f.f.b.⁊.f.d.eq̄lis palellogra mo.a.f.quare palellogramū.c.d.ē maius palellogramo. a. f.i palellogramo.e.f. qō ē propositū. Idē etiā eēt si supficies.a.f.fieret altior supficie.c.d.vt videre po/tes in secunda figura i qua etiā per primā huius.a.g.ē equale.g.b. demptis itaq; vtriq; duobus supplemētis superficici.f.b.excedet palellogramū.c.d. palellogra/mum.a.f.in palellogramo.f.e.





Propositio .27.

Rilatera superficie ꝓposita equū ei sup quēlibet assigna/tā lineā palellogramū designare cui desit ad cōplēdā line am alij supficici ꝓposite sil'e palellogramū qō scōm eiusdē suum esse paralellogramo super dimidium date linee col/locato minime maius existat.



¶ Sit assignata linea.a.b.⁊ propositus triangulus.c.propositūq3 palellogramum d.volo super lineam.a.b.designare palellogramū equale triangulo.c. ita ꝙ desit ad cōplendam lineam.a.b.paralellogramū simile.d.⁊ sit ita conditionatū. ꝙ tri/angulus.c.non sit maior palellogramo simili.d.collocato sup dimidiū linee.a.b. alioquin ad impossibile laboraret per premissam. Diuido igitur lineā.a.b.per e/qualia in puncto.e.⁊ secundum doctrinam.19.huius.super eius medietatem .e.b constituo paralellogramuz.e.f.simile.d. ⁊ complebo super totam lineam.a.b.pa ralellogramū.b.g.quia igitur.c.non est maior paralellogramo. e.f. sed equalis ei aut minor sicut positū est. Si fuerit ei eq̄lis.erit palellogramū.e.g:quale intendit p.36.p̄mi coadinuāte p̄ma p̄te.9.⁊ p diffinitionē siliū supficierū ⁊.20.hui⁹. Si aūt mior sit mior in superficie aliq̄ cui eq̄lis ⁊ silis.d.fiat ꝑm doctrinaz.25.huius que sit b.eritqz.b.similis.e.f.per.20.huius.quare per conuersionem diffinitionis equian gula sibi ⁊ proportionalium laterum:protraham igitur in palellogramo.e. f.dia/metrum.b.k.⁊ resecabo latera.k.f.⁊.e.k.superficiei.e.f.ad mensurā laterum sup/ficiei.b.protractis lineis.l.m.⁊.n.o.equidistantibus lateribus superficiei.e. f.se/cantib⁹ se in pūcto.p.vt supficies.k.p.sit equalis ⁊ similis supficiei.b.eritqz p.23. huius punctū.p.in diametro.k.b.protracta itaqz.o.n.vsqz ad.a.g.dico paralello gramū.a.p.esse q̄le ꝓponit. Deest eni sibi ad cōplemētū linee.a.b.pallellogramū p.b.qd̄ per.22.⁊.20.huius est simile palellogramo.d. Sed ipsū etiā palellogramū a.p.est equale triangulo.c. Est enim per primā huius.a.n.equale.n.b. ergo p.43. primi: ⁊ hanc cōmunem scientiaz :si equalibus equalia addas.⁊c.paralellogramū a.p.est equale gnomoni.n.b.l.⁊ quia iste gnomo est equalis triangulo.c. propter id qd̄ paralellogramū.e.f.positum fuit esse maius triangulo.c.in paralellogramo b.qd̄ est equale paralellogramo.k.p.patet propositum.

Propositio .28.



Super datam lineam date superficiei trilatere equum pa/ralellogramum constituere .qd̄ addat super cōpletionem date linee superficiem equidistantium lateruz date super/ficiei equidistantium laterum similem.

¶ Sit vt prius data linea.a.b.⁊ datus triangulus.c.datumqz para/lellogramum.d.volo super lineam.a.b.constituere palellogramū equale triangu/lo.c.qd̄ addat super totam lineā.a.b.palellogramū simile.d.diuido lineam. a.b.p equalia in puncto.e.⁊ super eius medietatem.c.b.facio.e.f.similem.d. ꝑm qd̄ do/cet.19.huius. ⁊ ꝑm doctrinam .25.huius.facio.k.l.cui⁹ diametrū.g.b. similem.d ⁊ equalem duabus superficiebus.e.f.⁊.c.eritqz per.20.huius.k.l.similis.c.f. sup/posita igitur superficie.k.l.supficiei.e.f.ita ꝙ ābe cōmunicēt in angulo.g.erit per 23.huius superficies.e.f.consistens circa diametrum superficiei. k.l. quare pūctū b.est in diametro.g.b.cōplebo igitur palellogramū.a.b.qd̄ dico esse quale ꝓpo/nitur.qd̄ cōstat ꝓtractis linea.f.b.vsqz ad.m.⁊ linea.c.b.vsqz ad.n. Est enim per primam partem huius.a.k.equale.k.b.⁊ ideo per.43.primi ē etiā eq̄le.n.f. addi/to ergo vtriqz.e.b.erit p cōez sciam.a.b.equale gnomoni. e.b.f. sed iste gnomo ē equalis triangulo.c.quia paralellogramū.k.l.positum fuit equale duab⁹ superfici ebus.c.⁊.e.f.ergo palellogramū.a.b.ē eq̄le.c.⁊ addit ad cōplemētū linee.a.b.pa lellogramū.m.n.ꝙ p.22.⁊.20.b⁹ ē sil̄e palellogramo.d. q̄re ꝓstat pfectū esse quod

volumus. Possumus aũt ad lineã datã adiungere palellogramũ equale nõ solũ tri atlere superficiei posite. sed ⁊ cuilibet rectilinee figure proposite quecunq; ipsa fuerit cui desit ad cõplendã lineam datam superficies similis superficiei equidistantium laterum proposite: sicut docꝫ premissa obseruata conditione eius ne laboretur ad impossibile per ante premissam. vel ꝙ addat ad cõplendam lineam superficiẽ equidistantium laterum similem superficiei proposite: sicut proponit cõclusio presens. propositam enim superficiem cui equale paralellogramũ debet ad lineã datam adiungi. qõ addat aut diminuat ad completionem linee paralellogramũ simile paralellogramo dato: resoluemus in triangulos. ⁊ ipsis mediantibus describemus superficiem equidistantium laterum totali superficiei proposite equalem. hoc autem qualiter fiat: ⁊ si scire volueris. require. 25. huius. deinde super duplum basis eius equalis altitudinis triangulum cõstituemus quẽ si. 44. primi diligenter inspexeris paralellogramo prius designato inuenies esse equalem: quare ⁊ superficiei proposite: huic ergo triangulo si equale paralellogramũ ad lineam datam adiunxeris qõ addat ad complementum linee aut minuat paralellogramũ simile paralellogramo dato secundum ꝙ docet hic et premissa: quod propositum erat te ꝙfecisse non dubites.



Propositio .29.

Uamlibet lineam propositam secundũ proportionem habentem medium. duoq; extrema secare.

Sit proposita linea. a. b. q̃; volo diuidere secundũ proportionem habentem medium ⁊ duo extrema ex ipsa describo quadratum. b. c. ⁊ ad eius latus. a. c. adiungo ꝑm qõ docet premissa paralellogramũ c. d. equale quadrato. b. c. ꝙ addat ad cõplementũ linee. a. c. paralellogramũ. a. d. ꝙ sit simile. b. c. sitq; latus palellogrami. c. d. qõ equidistat. a. c. d. e. ⁊ secet lineam a. b. in puncto. f. dico lineã. a. b. esse diuisam in puncto. f. sicut proponitur: est enim a. d. quadratum propter id qõ est simile. b. c. quare. a. f. est equale. f. d. sed ⁊. f. e. est equalis. a. b. propter id qõ est equalis. a. c. per. 34. primi: ⁊ quia. c. d. equale. b. c. dempto vtrũq; c. f. erit. a. d. equale. e. b. ⁊ angulus. f. vnius angulo. f. alterius. ergo per. 13. huius latera sunt mutekesia: ergo. e. f. ad. f. d. sicut. a. f. ad. f. b. ⁊ qꝝ. e. f. est equalis. a. b. ⁊. f. d. a. f. erit. a. b. ad. a. f. sicut. a. f. ad. f. b. ergo per diffinitionem est diuisa ut proponitur. Idem etiam potest demonstrari ex. 11. secundi: diuidatur enim. a. b. in puncto. f. ꝑm qõ docꝫ. 11. secundi: sitq; e. b. qõ continetur sub tota. a. b. ⁊ eius parte. f. b. ita ꝙ. f. e. sit equalis. a. b. ⁊. a. d. sit quadratum. a. f. est itaq; per predictam. 11. secundi. e. b. equale. a. d. qõ restat arguere ut pri⁹: per. 13. huius. vel sic cum. a. b. sit diuisa in puncto. f. secundum qõ docet. 11. secundi. qõ fit ex. a. b. prima in. f. b. tertiam est equale quadrato. a. f. secunde. ergo per secundam partẽ 16. huius proportio. a. b. prime ad. a. f. secunda est sicut. a. f. secundã ad. f. b. tertiã per diffinitionem itaq; diuisa est. a. b. vt proponitur.



Propositio .30.

Si fuerint duo trianguli super vnũ angulũ ꝓstituti quorũ duo latera angulũ illuꝫ continentia duobus alijs eorum lateribus equidistẽt. fuerintq; illa q̃tuor latera scõm equidistantiam relata proportionalia. illos duos triangulos super vnã lineam rectam cõstitutos esse necesse est.

Sint duo trianguli. a. b. c. d. c. e. ꝓstituti sup angulũ. a. c. d. sitq; a. c. equidistãs



d.e.⁊.d.c.a.b..⁊ sit proportio.a.c.ad.d.e.sicut.a.b.ad.d.c.dico ꝙ due bases eorum.b.c.⁊.c.e.sunt linea vna.Est enim angulus.a.equalis angulo.d .quia vterq; eorum est equalis angulo.a.c.d.per primam partem.29.primi:igitur per presentē ypothe.⁊.6.huius ipsi trianguli sunt equianguli. ⁊ angulus. b. est equalis angulo d.c.e.⁊ angulus.a.c.b.angulo .e.quare per .32.primi:tres anguli qui sunt. ad.c. sunt equales duobus rectis:ipsi eni equant̃ tribus angulis vtriuslibet duorum tri/ angulorum:ergo p.14.primi.b.e.est linea vna:quod est propositum.

Propositio .31.



In omni triangulo rectangulo superficies lateris ꝙ sub/ tenditur angulo recto equalis est superficiebus duorũ la terum angulum rectum continentium pariter acceptis.cũ fuerint similes ei in lineatione ⁊ creatione:

Qd̃ proponit penultia primi de superficieb⁹ quadratis proponit hic penultima sexti de omnibus superficiebus similibus .vnde hec est illa tãto vni uersalior quãto superficies laterata q̃drato. Sit itaq; triangulus rectangulus.a b.c.cuius angulus.a.sit rectus.dico ꝙ superficies constituta super latus.b.c .est equalis duabus superficiebus constitutis super.a.b.⁊.a.c. cuꝫ omnes tres super/ ficies fuerint similes in figura ⁊ situ:ducam perpendicularem.a.d.ad lineam.b.c. eritq; per secundã partem coroll̃.8.huius proportio .b.c.ad.c.a.sicut.c.a.ad.d.c. ⁊.c.b.ad.b.a.sicut.b.a.ad.d.b. Si itaq; super quãlibet triũ linearum.b.c.c.a.⁊.a b.fiat supficies similis alijs in figura ⁊ situ.erit per coroll̃.17.huius ꝓportio sup/ ficiei cõstitute sup.b.c p̃mã.ad cõstitutã sup.c.a.scd̃aꝫ sicut.b.c.p̃me ad.d.c.t̃tiã ⁊ itẽ eiusdẽ supficiei cõstitute sup b.c.p̃mã ad cõstitutã sup a.b.scd̃aꝫ sicut.b.c. p̃me ad.d.b.t̃tiã p idẽ coroll̃.q̃re p cõuersã ꝓportionalitatẽ supficiei.a.c.ad supficiẽ.c.b sicut.c.d.ad.c.b.⁊ sil̃r supficiei.a.b.ad sr̃ficiẽ.b.c.sicut .b.d.ad sr̃ficiẽ.b.c.⁊ ponat̃ a.c p̃ma.⁊.c.b.scd̃a ⁊ q̃rta ⁊.c.d.supficies t̃tia.⁊.a.b. supficies quita. ⁊.b.d. supfi cies sexta.⁊ arguat̃ p .24.quiti qd̃ proportio superficiei constitute super.b.c. ad. duas supficies constitutas super.c.a.⁊.a.b.simul.ẽ sicut.b.c.ad.c.d.⁊ .d.b.simul quia igitur .b.c.est equalis duabus lineis.c.d.⁊.d.b.simul sumptis .erit superfi/ cies constituta super.b.c.equalis duabus superficiebus constitutis super.c.a.⁊.a. b.simul sũptis:qd̃ est ꝓpositũ. Cõuersam quoq; huius possumus facile demon/ strare per modũ demõstrationis vltime primi.sit eni triangul⁹.a.b.c. sitq; super/ ficies constituta sup.b.c.equalis duabus superficiebus constitutis super duas line as.a.b.⁊.a.c.sibi similibus.dico ꝙ angulus.a.est rectus:ponã enim angulũ.c.a. d.rectũ.⁊ lineã.a.d.eq̃lẽ.a.b.⁊ claudo sr̃ficiẽ ducta linea.d.c.eritq; p hãc.31.supfi cies cõstituta sup .c.d.eq̃lis duab⁹ cõstitut] sr̃ duas lineas.c.a.⁊.a.d.sibi silib⁹.q̃re etiã cõstitute sup.b.c.sibi sil̃i.hec eni posita ẽ eq̃lis duabus cõstitutis sup.a.b.⁊.a c.sibi sil̃ibus:erit ergo linea.b.c.equalis.c.d.quare p.8.primi angulus. a. ẽ rectus qd̃ est propositum.

Propositio .32.



Si in circulis equalibus supra centrũ siue supra circũferẽ tiam anguli consistant .erit angulorum proportio tanq̃ꝫ proportio arcuũ illos angulos suscipientium.

Sint circuli.a.b.c.cuius centrũ.d.⁊.e.f.g.cuius centrũ.h. eq̃les: sup quoꝝ centra fiant duo anguli.b.d.c.⁊.f.h.g.⁊ sup eoꝝ circũferẽ tias alij duo qui sint.b.a.c.⁊.f.e.g.dico ꝙ ꝓportio angulorũ tã eorũ q̃ sũt sup cẽtra

q̃z eorum qui super circũferentias: est sicut arcus.b.c.ad arcum.f.g.cõtinuabo eni illis duobus arcubus alios arcus equales.siue scõm eundẽ numerum: siue secundũ diuersos: sitq̃z arcus.k.b.equalis.b.c.⁊ vterq̃z duorum arcuum.l.m.⁊.f.l.equalis f.g.⁊ producam lineas.k.d.k.a.m.b.l.b.m.c.⁊.l.e. eruntq̃z per.26.tertij anguli qui sunt ad.d.adinuicem equales. Similiter quoq̃z ⁊ qui sunt ad.b.adinuicẽ equales. Idem etiam de his qui sũt ad.a.⁊ de his qui sũt ad.e. sicut igiẽ arcus.k.c. est multiplex arcus.b.c: ita angulus.k.d.c.anguli.b.d.c.⁊ angulus.k.a.c.anguli.b.a.c.similiter sicut arcus.m.g.est multiplex arcus.f.g.ita angulus.m.b.g.anguli.f.b.g.⁊ angulus.m.e.g.anguli.f.e.g.sed si arcus.k.c.est equalis arcui. m.g. angulus k.d.c.est equalis angulo.m.b.g.⁊ angulus.k.a.c.angulo.m.e.g. ⁊ si maior maiores.⁊ si minor minores per.26.tertij.per diffinitionem itaq̃z incontinue proportionalitatis proportio arcus.b.c.ad arcum.f.g.est sicut anguli.b.d.c. ad angulũ f.b.g.⁊ sicut anguli.b.a.c.ad angulum.f.e.g.quod est propositum. Idem intelligẽ in eodem circulo. ¶ Explicit liber sextus. Incipit liber septimus.



Vnitas est qua vna queq̃z res vna dicitur. ¶ Numerus est multitudo ex vnitatibus cõposita ¶ Naturalis series numerorum dicitur in qua secundũ vnitatis additionem fit ipsorum computatio. ¶ Differentia numerorum appellatur numerus quo maior habũdat a minore. ¶ Numerus primus dicit̃ qui sola vnitate metitur. ¶ Numerus compositus dicitur quẽ alius numerus metitur. ¶ Numeri contra se primi dicunt̃. qui nullo numero excepta sola vnitate numerantur. ¶ Numeri adinuicem compositi siue cõmunicantes dicuntur .quos alius numerus q̃z vnitas metitur. nullusq̃z eorum est ad aliũ primus. ¶ Numerus per alium multiplicari dicitur. qui totiens sibi coacernatur. quotiens in multiplicante est vnitas. ¶ Productus vero dicitur qui ex eorum multiplicatione crescit. ¶ Numerus alium numerare dicitur qui secundũ aliquẽ multiplicatus illũ ꝓducit. ¶ Pars ẽ numerus numeri minor maioris cum minor maiorem numerat. Et qui numeratur numerantis multiplex appellatur. ¶ Denominãs est numerus secũdũ quẽ pars sumit̃ in suo toto. ¶ Similes dicuntur partes que ab eodem numero denominantur. ¶ Prima. simpla numeri pars est vnitas. ¶ Quando duo numeri partem habuerint cõmunem tot partes maioris dicetur esse minor. quotiens eadem pars fuerit in minore. tote vero quotiens ipsa fuerit in maiore. ¶ Numeri ad numerum dicitur proportio minoris quidem ad maiorem in eo quod ẽ maioris pars vel partes. Maioris vero ad minorem secundũ q̃ eũ continet ⁊ eius partem vel partes. ¶ Cum fuerint quotlibet numeri cõtinue ꝓportionales dicet̃ ꝓportio primi ad tertiũ sicut primi scõm duplicata ad q̃rtũ vero triplicata. ¶ Cũ cõtinuate fuerit eedẽ vel diuerse ꝓportiones dicet̃ ꝓportio primi ad vltimũ ex omnib⁹ cõposita.

¶ Denominatio dicitur proportionis minoris quidē numeri ad maiorem pars. vel partes ipsius minoris. que in maiore sunt. Maioris autem ad minorem totum. vel totum ⁊ pars vel partes: prout maior superfluit. ¶ Similes sive vna alij eadem dicūtur proportiones que eandem denominationem recipiunt. Maior vero que maiorē. Minor autem que minorem. ¶ Numeri vero quorꝫ ꝓportio vna: ꝓportionales appellantur. ¶ Termini sive radices dicunt quibus in eadē ꝓportione minores sumi īpossibile est. ¶ Petitiones sunt quatuor. ¶ Cuilibet numero quotlibet posse sumi equales prout libet. vl multiplices. ¶ Quolibet numero aliquē quātūlibet sumere posse maiorem. ¶ Seriem numerorum in infinitum posse procedere. ¶ Nullus numerꝫ in infinitū posse diminui. ¶ Cōmunes animi cōceptiones sunt decē. ¶ Omnis pars minor est suo toto. ¶ Quicunqꝫ eiusdē sive equalium fuerint eque multiplices: ipsi quoqꝫ erūt eqles. ¶ Quibus idē numerus eque multiplex fuerit. sive quorūꝫ eque multiplices fuerint equales: ⁊ ipsi etiam erunt equales. ¶ Omnis numeri pars ē vnitas ab ipso denominata. ¶ Omnis pars est minor que maiorē habet denominationē: maior vero que minorem. ¶ Quilibet numerus totus est ab vnitate. quota pars ipsius ē vnitas. ¶ Quicunqꝫ numer⁹ in vnitatem ducitur. seipsum producit. Vnitas quoqꝫ in quēcūqꝫ ducta producit eundem. ¶ Quicunqꝫ numerus numerat duos: numerat quoqꝫ cōpositum ex illis. ¶ Quicunqꝫ numerus numerat aliquē: numerat omnem numeratum ab illo. ¶ Quicunqꝫ numerus numerat totum ⁊ detractum: numerat residuum.

Propositio .1

Si a maiore duorum numerorꝫ minor detrahatur. donec minus eo supersit. Ac deinde de minore ipsum reliquum donec minus eo relinquatur: Itēqꝫ a reliquo primo reliquū secundū quousqꝫ minus eo supersit: atqꝫ in huiusce modi continua detractione nullus fuerit reliquus: qui autem relictum numeret vsqꝫ ad vnitatem: eos duos numeros contra se primos esse necesse est.



¶ Sint duo numeri. a.b. ⁊.c.d. c.d. minor detrahaturqꝫ. c.d. ex. a.b. quotiens potest: ⁊ sit residuum. e.b. qui erit minor. c.d. alioquin posset ex ipso adhuc detrahi. c d. detrahatur ⁊ ipse. e.b. ex. c.d. quotiens potest. sitqꝫ residuū. f.d. sed ⁊. f.d. detrahatur ex. e.b. quotiens potest: ⁊ si residuum. g.b. ꝙ sit vnitas. dico tunc duos numeros. a.b. ⁊.c.d. esse contra se primos. Si enim sunt cōpositi numerabit eos cōmuniter per diffinitionē aliquis numer⁹ preter vnitatem qui sit. h. ⁊ quia. h. numerat. c.d. numerabit. a.e. per penultimā cōceptionē: ⁊ quia idem numerat. a.b. numerabit etiam. e.b. per vltimā cōceptionē. ergo ⁊. e.f. per penult. quare ⁊. f.d. per vltimā. ergo ⁊. g.e. per penult. ergo ⁊. g.b. ꝙ vlt. ⁊ quia. g.b. est vnitas. sequit nu/merum esse partē vnitatis vel sibi equalem: quod est impossibile: erunt igitur. a.b ⁊.c.d. contra se primi quod est propositum. ¶ Qō si duo numeri. a.b. ⁊.c.d. sint contra se primi. non erit in hac mutua detractione status anteqꝫ ad vnitatem p/ueniatur. Et est istud conuersum eius ꝙ auctor proponit. Si autē in hac mutua

detractione fuerit status anteq̃z peruenia tur ad vnitatem: sit vt.g.b. sit numerus que detrahatur ab.f.d. & nihil sit residuũ. igitur.g.b. numerat.f.d. ergo p penul'. concept. numerat &.e.g. & quia etiam numerat se ipsũ numerabit p antepenul' cõcept. totum.e.b. ergo per penul'. numerat.e.f. sed ostensum est prius q̃ numerat.f.d. ergo per antepenul'. numerat totum.e.d. quare p penul'. numerat.a.e. & q̃ ostẽsum est prius q̃ etiã numerat.e.b. sequitur per antepenul'. vt etiam numeret. a.b. quia igitur numerus.g.b. numerat vtrũq̃z duoꝝ numeroꝝ.a.b. & .e.d. numeri.a.b & .e.d. sunt cõpositi: nõ igitur contra se primi q̃d est contra ypothe. ¶ Per hanc ergo viam propositis quibusq̃z duobus numeris inuestigamus vtrũ ipsi sunt contra se primi. si enim tali facta mutua detractione perueniat̃ ad vnitatem. ipsi sunt contra se primi. Si autem sit status anteq̃z perueniat̃ ad vnitatẽ ipsi sunt compositi.

Propositio 2



Propositis duobus numeris adinuicem compositis maximum numerum cõmunem eos numerante inuenire. Aũ manifestum est quia omnis numerus duos numeros numerans numerat numeꝝ maximum ambos numerantem. ¶ Sint duo numeri cõpositi.a.b. & .c.d. mior.c.d. q̃ g̃ numerat eos cõmuniter aliquis numerus p diffinitionẽ. volo inuenire maximũ numerũ eos cõmuniter numerãtẽ. sm modũ & similitudinẽ prioris: minuo minorẽ de maiori quoad possum. videlicet.c.d. de.a.b. & sit residuũ.e.b. itemq̃z.e.b. de.c.d. quoad possum. & sit residuũ.f.d. & quia huius diminutio nõ põt fieri ifinities per vltimã petitionem: nec põt etiã ad vnitatẽ peruenire in proposito per precedentẽ. quia tunc essent numeri ꝓpositi cõtra se primi. q̃d est contra ypoth. sit ut cũ detraxero.f.d. ex.e.b. quoad potero q̃ nihil sit residuũ. dico tunc.f.d. esse maximũ numerum numerantẽ.a.b. & .c.d. Q̃d eni numeret eos patet per penul'. & antepenul'. cõcep. alternatim quotiens oportuerit repetitas sicut in demonstratione conuerse precedẽtis. Numerat eni.f.d.e.b. q̃ cum ab ipso detrahitur quoad potest nihil fit residuũ ergo & .e.f. per penul'. cõcep. ergo & .e.d. p antepenul'. quare & .a.e. per penul'. igitur & .a.b. per antepenul'. Q̃d aũt nullus maior.f.d. numeret.a.b. & .c.d. sic patet. Si enim fieri potest: sit numerus.g. maior.f.d. numerãs vtrũq̃z duoꝝ numeroꝝ.a.b. & .c.d. quia igitur.g. numerat.c.d. numerabit per penul'. concep.a.e. & q̃ numerat.a.b. numerabit per vltimã.e.b. ergo per penul. numerat.e.f. & quia etiam numerat.c.d. numerabit per vlt.f.d. maior videlicz minorẽ: quod est impossibile. Ex hoc scõo ꝓcessu liquet corol'.

Propositio



Propositis tribus numeris adinuicem cõpositis maximũ numeroꝝ eos cõiter numerantium inuenire.

¶ Priusq̃z hanc tertiã cõclusionẽ demõstremus: demõstrandũ arbitramur ipsi⁹ aũs: videlicet ꝓpositis tribus numeris qualiter poterimus certificare an ipsi sint adinuicẽ compositi. ¶ Sint itaq̃z tres numeri.a.b.c. de quibus volo videre vtrũ ipsi sint adinuicẽ cõpositi. per primã igitur inquiro an duo primi qui sunt.a. & .b. sunt adinuicẽ p̃mi: q̃d si sic nõ erũt.a.b.c. adinuicẽ cõpositi. p diffinitionẽ. Si aũt.a. & .b. sũt adinuicẽ cõpositi: sit per precedentem.d. maxim⁹ numerus eos numerãs: qui si numerat.c. erũt per diffinitionẽ.a.b.c. adinuicez compositi. Si autẽ nõ numerat ipsũ. sz ipsi.c. & .d. quidẽ sunt contra se primi. nõ erunt.a.b.c. adinuicem cõposuti. Nã quicũq̃z numeraret eos: numeraret



etiam.d.p corol'.precedentis.sicq; essent.d.7.c.cōpositi qd̄ est contra ypothe. Si autē.c.7.d.sunt cōpositi erunt etiā.a.b.c.adinuicē cōpositi. Sit enī per premissā e.maximus numerans.c.7.d.qui etiā p penult'.cōcep.numerabit.a.7.b.quare per diffinitionē.a.b.c.sunt adinuicē cōpositi. ¶ Sili quoq; mō scietur ꝓpositis quotlibet pluribus q̄z tribus an omnes sint ad inuicem cōpositi. Propositis itaq; trib⁹ qui sunt adinuicem compositi.qui etiam sint.a.b.c.volo inuenire maximū numerum numerantē omnes. Sūmo ꝑm doctrinā premisse.d.maximū numerantē. a.7 b.qui si numerat.c.ipse est quē querimus.alioquin per corol'.precedentis sequeretur maiorem numerare minorem. Si autem non numerat.c.erūt tamē.c. 7.d.adinuicem cōpositi per ypothe.7 corol'.precedentis 7 diffinitionē. sit igitur maxim⁹ eos numerans.e.dico.e.esse maximum numerantē.a.b.c. Qd̄ enim eos numeret patet per hanc vlt'.ypothe.que est ipsum esse maximū numerantē.c.7.d.7 per penult'.concep. Et q̄ nullus eo maior numeret eos sic patet.sit enim si potest fieri.f. maior.e.qui numeret.a.b.c.qui cū numeret.a.7.b.numerabit p corol'.premisse.d 7 quia etiā numerat.c.numerabit p idē corol'.c.maior videlicet minorem quod est impossibile. Non erit igitur numerus aliquis maior.e.numerans.a.b.c.qd̄ ē propositum. ¶ Simili quoq; modo inuenietur maximus numerus numerans quotlibet plures tribus adinuicem compositos: vnde nō oportuit euclidem de pluribus tribus hoc docere: quia idem est modus 7 ars in tribus 7 pluribus. Ex vltimo aūt huius demonstrationis processu: possumus etiam istud corol'.huic tetric conclusioni adijcere. Vnde manifestum est q̄ omnis numerus numerans quotlibet adinuicem compositos: numerat maximum numerantem eos omnes. 7 etiam maximos numerantes binos 7 binos eorum.

Propositio .4.



Omnium duorum numerorū inequalium minor maioris aut pars est: aut partes.

¶ Sint duo numeri.a.7.b.b. minor. dico q̄.b. est pars vel ptes.a. Aut enī.b.numerat.a.aut nō.si numerat pars eius ē p diffinitionē Si nō numerat ipsum.aut ergo sunt adinuicem primi aut nō: si non sunt adinuicem primi: habebunt per diffinitionem partem cōmunē: que quotiēs fuerit in.b.tot partes.a.dicetur esse.b.per diffinitionem.si autem sint adinuicem primi: quia tamen omnis numeri pars est vnitas ab ipso denominata.patet idē per vnitates.

Propositio 5.



Si fuerit quatuor numeri quorum primus tota pars secundi quota tertius quarti: erunt primus 7 tertius pariter accepti tota pars secundi 7 quarti pariter acceptorum quota primus secundi.

¶ Volens euclides hos libros de numeris aliquo precedentium non indigere sed per se ipsos stare: partē eius qd̄ proposuit per primā quinti de quātitatibus in genere: proponit per hanc quintā huius septimi de numeris. Sint igitur.4.numeri.a.b.c.d.sitq; .b.tota pars.a.quota.d.c.dico q̄.b.7.d.pariter accepti sūt tota pars.a.7.c.pariter acceptorū: quota.b.est.a.diuisis enī.a.7.c.scōm quātitatē.b.7.d.argumētare sicut in prima quinti.erit enī ut totidē sunt ptes.a. quot.c.per positionē: 7 ut aggregatū ex p̄ma pte.a.7 p̄ma.c.sit equale aggregato ex.b.7.d.similiter quoq; 7 aggregatū ex scōa pte. a.7 scōa.c. 7 q̄ hec aggregatio

totiens potest fieri quotiens continetur.b.in.a.sequitur vt numerus equalis aggregato ex.b.⁊.d.totiens cõtineat in aggregato ex.a.⁊.c.quotiens. b.continetur in.a.quare constat propositũ.

Propositio 6

Si fuerint quatuor numeri quorum primus tote ꝑtes secõi quote tertius quarti:erunt primus ⁊ tertius pariter accepti tote partes secundi ⁊ quarti pariter acceptorum. quote primus secundi.

Qõ ꝓposuit premissa de parte: ꝓponit ista de partib⁹. Sint itaq; vt prius quatuor numeri.a.b.c.d.sitq; ut.b.sit tot ⁊ tote ꝑtes.a.quot ⁊ quote .d. ẽ.c.dico q̃.b.⁊.d.pariter accepti erunt tot ⁊ tote ꝑtes.a.⁊.c.pariter acceptorum: quot ⁊ quote.b.est.a.dico aũt tot ⁊ totas:q̃ ꝑtiũ pluralitas duobus numeris diffinitur:quorũ alter numerator dicit alter denominator:ut cũ dicim⁹ tres quinte:ternarius numerat:quinarius denominat.Quia igit.b.est ꝑtes.a. sit vt sint ꝑtes ei⁹ numerate ab.b.⁊ denominate a.k.eritq; similiter ꝑ positionẽ.d.partes.c.numerate ab.b.⁊ denoiate a.k.Vna itaq; ꝑtũ.b.sit.e.⁊ vna ꝑtium.d. sit.f. eritq; per ypothe.e.pars.b .denominata ab.b.⁊ pars.a.denominata a.k. Similiter quoq; ⁊.f.erit pars.d.scõm.b.⁊ ꝑs.c.scõm.k.Cõpositus igitur ex.e.⁊.f. sit.g. eritq; per premissam.g.ꝑs.b.⁊.d .pariter acceptorũ scõm.b. itẽq; per eandẽ erit pars. a.⁊.c pariter acceptorũ scõm.k.quare per.16.diffinitionẽ erunt.b.⁊.d.pariter accepti ꝑtes.a.⁊.c pariter acceptorũ numerate ab.b.⁊ denoiate a. k.eo q̃ eorum cõmunis pars est.g.minoris ꝑm.b.⁊ maioris ꝑm.k.⁊ quia sic erat.b.a.constat ꝓpositum.



Potes autẽ ⁊ per hanc ⁊ premissã qõ ꝓponit de quatuor numeris ad quotlibet numeros ampliare:q̃ si quotlibet numeri minores ad totidem maiores cõparentur fueritq; singule singulorũ tota pars aut partes:quota vel quote primus scõi:erunt quoq; omnes pariter accepti tota pars aut ꝑtes omnium pariter acceptorũ quota vel quote primus scõi.qõ facile probatur ꝑ hanc ⁊ premissam: quotiens oportuerit repetitas.Et si crederemus esse intentionẽ euclidis assumere ex prius demonstratis aliqua ad demonstrationẽ eorũ:que hic proponit ex.13.quinti:facile demõstrassem⁹ hanc sextam .Nunc autem q̃ videt oppositũ aliter eni superuacue proposuisset multa de numeris que demonstrata sunt in quinto de quantitatibus in genere.Necesse habuimus proprijs vti demonstrationibus tanquã ex prioribus nihil sumentes:solis huius septimi contenti principijs:propter qõ ⁊ petitiones ⁊ cões animi cõceptiones ꝓpositi proprias nõ incõuenienter huius septimi principio apposuimus.

Propositio .7.

Si fuerint duo numeri quorum vnus alterius pars detrahaturq; ab ambob⁹ ipsa ꝑs: erit reliquus tota ꝑs reliqui quota totus totius.

Qõ proponit hic euclides de numeris proposuit superius in quinta quinti.de quantitatibus in genere.Sit itaq; ut quota pars est totus.a.totius.b.tot⁹ sit.c.detractus ab.a.d.detracti .a.b. dico q̃ tota erit.e.residuus.a.f.residui.b.quota est totus.a.totius.b.⁊ hec est quasi cõuersa quinte.Sit enim ꝑ petitionẽ .e.tota ꝑs .g.quota.c.est.d.eritq; ꝑ.5.tota ꝑs.a.cõpositi ex .g. ⁊.d.quota est.c.d.quare ⁊ quota ẽ.a.b.igit per scõam cõceptionẽ cõpositus. ex.g ⁊.d.est equalis.b.dempto itaq; ab vtroq; numero.d.erit.g. equalis.f. quare erit



.tota pars.f.quota est.a.b.tota enim erat.e.g.quod est propositum.

Propositio 8



Si a duobus numeris quorum alter alterius partes propositis partes ille subtrahãtur: erit reliquus reliqui eedẽ partes qui est totus totius.

Hec est quasi cõuersa sexte: vt si sit quot ⁊ quote ptes est totus. a. totius.b.tot ⁊ tote.c.detractus ab.a.d.detracti.a.b.erit.c.residu⁹.a tot ⁊ tote ptes.f.residui.b.quot ⁊ quote ẽ.a.b. Sit eni.g.vna ptiũ.a.⁊.b.vna partium.c.eritq; ꝓpter ypoth.g.tota ps.a.quota.b.c.⁊ tota.b.quota. b.d.detrahat igitur.b.de.g.⁊ remaneat.k.eritq; k.p pmissã tota pars.e.quota.g. a.⁊ tota.f.p eandẽ quota.g.b.quia igitur.e .⁊.f.habent partẽ cõmunẽ que ẽ.k.erit per.16.diffinitionẽ.e.ptes.f.tot quidẽ quota pars est.k.e.⁊ tote quota est.k.f. ⁊ quia tot et tote erat.a.b.patet propositum.

Propositio 9



Si fuerint quatuor numeri quorꝫ prim⁹ scõi tota ps quota tertius quarti: erit pmutatim tota ps aut ptes primus tertij quota pars aut partes secundus quarti.

Sit.a.primus tota pars.b.scõi quota.c.tertius.d.quarti.sintq; a ⁊.b.minores.c.⁊.d.aliter eni esset econuerso ei qõ proponit.dico ꝙ quota pars vel ptes est.a.c.tota vel tote est.b.d.diuidant̃ eni.b. quidẽ ꝑm quãtitatẽ.a.d.vero ꝑm.c.eruntq; per presentem ypoth.tot partes.b.quot.d. ⁊ qr vnaqueq; ptium.b.est equalis.a.⁊ vnaq̃q;.d.c.est autẽ.a.c.ps aut ptes per presentẽ ypoth.⁊ per quatuor erit vnaq̃q; partium.b.sue cõparis ex partibus.d.ut prima prime scõa scõe: sicq; de ceteris tota ps aut ptes quota vel quote est.a.c.per.5.igitur vel.6.sub disiunctione quotiens oportuerit repetitas: erit tota pars aut ptes b.d.quota vel quote est.a.c.quod est propositum.

Propositio 10



Si fuerint quatuor numeri quorꝫ primus tote ptes secũde quote tertius quarti: erit pmutatim primus tota pars aut partes tertij quota vel quote secundus quarti.

Sint quatuor numeri ut prius quorꝫ similiter minores sint. a.et .b.sitq;.a.tote ptes .b. quote.c. est.d. dico ꝙ quota pars aut ptes est.a.c.tota vel tote est.b.d.diuidantur enim minores in partes illas qui sunt.a. ⁊.c.eruntq; per presentẽ ypoth.tot partes.a.quot.c.⁊ quia vnaq̃q; ex partibus.a est tota pars.b.quota quelibet ex ptibus.c.est.d.hoc cui habemus ex nr̃a ypothe. erit permutatim per premissam: ut quota pars aut ptes ẽ.b.d.tota vel tote sit vnaq̃q; ex partibus.a.sue cõparis ex partibus.c.p quintã igitur vel.6. sub disiunctiõe quotiens oportuerit repetitas: erit tota pars aut ptes.b.d.quota vel quote ẽ.a.c. quod est propositum.

Propositio .11.

Si fuerint quatuor numeri ꝓportionales quorꝫ prim⁹ secũdo ⁊ terti⁹ q̃rto sit maior: erit scõs tota pars.aut partes primi quota vel quote quart⁹ tertij. Qõ si scõs fuerit tota ps aut partes primi quota vel quote quartus tertij quatuor numeros proportionales esse conueniet.

Sit proportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.sintq;.a.⁊.c.maiores: dico ꝙ quota ps aut

partes est.b.a.tota vel tote est.d.c.⁊ ecōuerso:erit enī p conuersionē diffinitiōis similiū ꝓportionū vt quotiens.b.in.a.totiens sit.d. in.c. ⁊ si qua ps aut ptes.b. superfluunt in.a. tota pars aut ptes.d. supfluant in.c.si itaq; contincat . b.in.a. sine supfluitate ptis:q: totiens sine supfluitate continet.d.in.c.erit per diffinitio/ nē silium ptium:quota ps.b.a.tota.d.c.q̄ si quotienslibet continet.b.in .a.cuꝰ su perfluitate partis:q: totiens continet.d.in.c.cū supfluitate silis ptis distincto .a. ꝑm.b.ut superfluat.e.atq;.c.ꝑm.d.ut superfluat.f.erit tota ps.e.b.quota.f.d. At q: totiens continet.b.in dra.a.ad.c.quotiens.d.in dra.c.ad.f. erit p cōem sciam totiens.e.in.a.quotiens.f.in.c.cū igit.a.⁊.b.habeat.e.ptem cōmunem:siliter.c.⁊ d.f.sit itaq;.e.in.b.quotiens.f.in.d.itemq;.e.in.a.quotiens.f.i.c.erit per.16.dif/ finitionē.b.tot ⁊ tote ptes.a.quot ⁊ quote.d.c. Si aūt.b.quotienslibet continet in a.cū supfluitate quotlibet ptium:q: totiens continet.d.in.c.cū supfluitate totidem ⁊ similiū ptium:distincto.a.ꝑm.b. vt supfluat.e.siliter.c.ꝑm.d.ut superfluat.f.erit e.tot ⁊ tote ptes.b.quot ⁊ quote.f.d.sumpta itaq; vna ex ipsis argumentandum ut prius:sicq; patꝰ primū. ¶ Scōm sic.sit.b.a.tota ps aut ptes quota vel quote.d c.dico q̄ erit ꝓportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.si enī est tota ps constat propositum. Si autem tote ptes diuisis eis ꝑm partes illas patebit totiens esse.b.in.a. quoti/ ens.d.in.c.⁊ totā partē aut ptes.b.superfluere in.a.quotā aut quote.d.supfluunt in.c.p diffinitionē itaq; est ꝓportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.sicq; liquet totum.



Propositio .12.

Si a duobus numeris ꝑm suas proportiones duo nume/ ri detrahantur:erit proportio reliqui ad reliquum tanq̄ꝰ proportio totius ad totum.

¶ Qō proposuit euclides in.19.quinti.de quātitatibꝰ in genere:pro/ ponit hic de numeris.vt si sit proportio totius.a .ad totum.b.sicut c.detracti.ab.a.ad.d.detractum.a.b.erit.e.residui.a.ad.f.residuū.b. sicut.a. ad b. Si enim.a.sit minor.b.erit p presentē ypoth. ⁊ per cōuersionē diffinitiōis.c.to ta pars aut ptes.d.quota vel quote est.a.b. per.7.igitur vel.8.erit. e. tota ps aut partes.f.quota vel quote ē.a.b.per diffinitionē igitur erit ꝓportio vna: qō ē pro/ positū. Qō si.a.sit maior.b.erit per primā ptem p̄misse quota pars aut ꝓtes.b.a. tota vel tote.d.c.quare p.7.vel.8.tota vel tote erit.f.e.itaq; per scōam partē pre/ misse.e.ad.f.sicut.a.ad.b.quare constat propositum. Ledunt aūt huic.7.⁊.8. hec enim sola q̄ ambe ille continet. Volunt aūt quidā scōam partē huius probare per 19.quinti:sed si hoc intenderet euclides:cum ista ꝓponat particulariter qō illa vni uersaliter vane illa demonstrata in quinto ꝓposuisset hanc hic in septimo : ⁊ quia iterum non demonstrāt eam simplīr p.19.quinti. At vero nec modū demonstratio nis illius possunt affirmare ad demonstrationē huius cum illa demonstret i quan titatibus in genere.p ꝓportionalitatē ꝑmutatā que infra demonstratur in nume/ ris. Existimo autem ⁊ rationabiliter conuinci videtur euclidem quē vultū demon/ stratoris arismetici:gratia decimi in quo sine numerorū aliqua precognitione trā/ sire non poterat constat assumere: idcirco plurima eorum que in quinto de quanti tatibus in genere demonstrauit. hic repetere demonstrāda de numeris: quoniam per alia principia propria videlicet numerorum que magis nota sunt intellectui q̄ꝰ



ca per que ꝓcessit in quinto ipsa demonstrare intendit: principia enim quinti propter maliciam quãtitatum incõicantium difficilia sunt: principia vero numerorũ magis vtro se intellectui applicãt: faciliusq; q̃z illa. Egent eni illa intellectu magis disposito.

Propositio .13.



Si fuerint quotlibet numeri ꝓportionales quantus erit vnus aliis ad suũ ꝓsequẽtẽ: tanti erũt oẽs antecedẽtes pariter accepti ad oẽs cõsequẽtes pariter acceptos.

Hoc ꝓponit euclides p.13.quinti de quantitatib⁹ ĩ genere ꝓponit ꝑ hanc de numeris: vt si sint.a.b. ꝛ.c.d.ꝛ.e.f. ꝓportionales dico q̃ q̃ ẽ ꝓportio.a.ad.b.ea est q̃.a.c.e.pariter acceptoꝝ ad.b. d.f.pariter acceptos. Si enim.a.c.e.sint minores.b.d.f.erit per cõuersionẽ diffinitionis quota ꝑs aut partes.a.b.tota vel tote.c.d.ꝛ.e.f. per.5.ergo vel per .6.quotiens oportuerit repetitas: erit quota pars vel partes.a.b.tota vel tote.a.c.e.pariter accepti. b.d.f. pariter acceptoꝝ: quare per diffinitionẽ ꝓportio vna. Si autem.a.c.e.sint maiores b.d.f.erit per primam partem.11.quota pars vel partes.b.a.tota vel tote. d.c.ꝛ.f e.per.5.ergo vel.6.quotiens oportuerit repetitas: erit quota pars vel partes.b.a. tota vel tote.b.d.f.pariter accepti.a.c.e.pariter acceptorum.itaq; per scõam partem.11. proportio.a.ad.b.sicut.a.c.e.pariter acceptorum ad.b .d.f. pariter acceptos: quod est propositum.

Propositio .14.







Si fuerint quatuor numeri proportionales: permutatim quoq; proportionales erunt.

Modũ arguẽdi qui dicitur proportionalitas permutata quã demonstrauit euclides per.16.quinti in quãtitatibus in genere: ꝓponit hic demonstrandũ i numeris: vt Si sit ꝓportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d erit permutatim.a.ad.c.sicut.b.ad.d.erit enĩ.a.maior.b.aut minor: sil'r quoq; et maior.c.aut minor. Sit itaq; primo minor vtroq;: erit ergo ꝑ presentem ypothe.et conuersionem diffinitionis.a.tota pars aut partes.b.quota vel quote.c.d.per.9. itaq; vel.10.erit ꝑmutatim.a.tota pars aut ꝑtes.c.quota vel quote.b.d.quare per diffinitionẽ proportio vna. Sit igitur.a.maior vtroq; :eritq; per primam partem 11.vt quota pars aut partes est.b.a.tota vel tote sit.d.c. quare per.9. vel.10.tota pars aut ꝑtes erit.b.d.quota vel quote.c.a.igitur per scõam partẽ .11.erit.a.ad.c. sicut.b.ad.d. Sit tertio.a. maior.b.ꝛ minor.c.eritq; ꝑ primã ꝑtẽ.11.tota pars aut ꝑtes.b.a.quota vel quote.d.c.quare per.9.vel .10.quota vel quote est.a.c. tota vel tote erit.b.d.per diffinitionẽ itaq; ꝓportio vna: Vltimo quoq; sit.a.minor.b. maiorq;.c.eritq; vt tota pars aut partes sit.c.d.quota vel quote est.a.b. per.9. itaq; vel.10.erit tota vel tote.d.b.quota vel quote.c.a. quare per secundã partem.11.b ad.d.sicut.a.ad.c.sicq; constat propositum: huic autẽ cedũt.9.vel.10 . qꝛ hec sola qõ ambe ille proponit.

Propositio .15.

Si fuerint quotlibet numeri alijq; scõm eorum numerum omnesq; duo ex prioribus scõm proportionem omnium duorum ex posterioribus in proportione equalitatis proportionales erunt.

Modũ arguendi qui dicit equa ꝓportionalitas quã demonstrauit euclides p.22.quinti de quãtitatib⁹ in genere ꝓponit hic demõstrãdũ in numeris

directe ꝓportiōalitatis:equā aūt ꝓportiōalitatē quā demōstrauit per.23.quinti:de quātitatibus indirecte ꝓportionalitatis non ꝓponit demōstrādū i numeris:sed eā demōstrabim⁹ infra sup.19.huius. Nec est necessariū ut p̄demōstremus i numeris qd demōstratū ē p.11. quinti de quātitatib⁹ i genere videlz si quotlibz ꝓportiōes i numerisfuerint vni eq̄les vel eedē ipsas cē sibi eq̄les vel easdē .hoc enī manifestū ē per diffinitionē ut si.a.ad.c.⁊.e.ad.f.sit sicut.b.ad.d.erit tam.a.c.q̄z.e.f.tota ꝑs aut partes.quota vel quote.b.d.aut totiens continebit.a.c.⁊.e.f.quotiens.b.d.⁊ tota pars aut partes superfluent.c.in.a.⁊.f.in.e.quota vel quote. d.in.b. q̄ ergo quota pars aut ꝑtes ē.a.c.tota vel tote est.e.f.aut quotiens.a.continet. c.totiens e.f.⁊ quota pars aut partes.c.superfluunt.in.a.tota vel tote.f.in.e.erit per diffi/ nitionē.a.ad.c.sicut.e.ad.f. Sint igitur ut ꝓponitur numeri.a.b.e.⁊ alij totidem c.d.f.sitq̄z.a.ad.b.sicut.c.ad.d.⁊.b.ad.e.sicut.d.ad.f.dico q̄ erit in equa ꝓpor/ tionalitate.a.ad.e.sicut.c.ad.f.erit enī per premissam.a.ad.c.sicut.b.ad.d. sed ⁊ b.ad.d.sicut.e.ad.f.quare.a.ad.c.sicut.e.ad.f.igit̄ per eandē.a.ad.e.sicut.c.ad.f idē erit sumptis plurib⁹:sicq̄z cōstat ꝓpositū. ¶ Q̄m aūt euclides ceteras quatuor species ꝓportiōalitatis que sunt conuersa:coniūcta:disiuncta:euersa :non ꝓponit demonstrandas in numeris:cōueniēs arbitramur ēas quas auctor tanq̄z facile de monstrabiles p̄termisit demonstrare: Primū itaq̄z demonstrabimus conuersā:vt si sit.a.ad.b.sicut.c.ad.d.dico q̄ erit ecōuerso.b.ad.a.sicut.d.ad.c.si enī fuerit.a minor.b.tunc quoq̄z erit.c.minor.d.⁊ tota pars aut partes. a.b .quota vel quote c.d.quare per scōam ꝑtem.11.erit.b.ad.a.sicut.d.ad.c.si autem fuerit.a.maior.b. erit quoq̄z ⁊.c.maior.d.⁊ per primam partem.11.b.tota pars aut partes.a.quota vel quote.d.c.per diffinitionem igitur.b.ad.a.sicut.d.ad.c.



¶ Disiunctam proportionalitatem ostendere. ¶ Vt si sit.a.b.ad. b.si cut.c.d.ad.d.erit.a.ad.b.sicut.c.ad.d.erit enim permutatim.a.b.ad.c.d.sicut.b. ad.d.⁊ ꝑ.12.sicut.a.ad.c.q̄ ergo.a.ad.c.sicut.b.ad.d.erit ꝑmutati.a. ad.b. sicut c.ad.d.



¶ Coniuncte proportionalitati demonstrationem afferre ¶ Vt si sit.a.ad.b.sicut.c.ad.d.erit.a.b.ad.b.sicut.c.d.ad.d. erit enī ꝑmutatim a.ad.c.sicut.b.ad.d.quare ꝑ.13..a.b.ad.c.d.sicut.b.ad.d.ꝑmutatim igitur erit.a b.ad.b.sicut.c.d.ad.d. ¶ Euersam proportionalitatem restat in nume ris stabilire. ¶ Vt si sit.a.b.ad.b.sicut.c.d.ad.d.erit.a.b.ad.a.sicut.c.d.ad c.erit enī ꝑmutatim.a.b.ad.c.d.sicut.b.ad.d.q̄re ꝑ.12.sicut.a.ad.c. permutatim igitur erit.a.b.ad.a.sicut.c.d.ad.c.patet itaq̄z totum. Ex his quoq̄z leue ē demon strare i numeris q̄ euclides ꝓponit ꝑ penulť.quiti de quātitatib⁹ i genere videlz q̄

¶ Si proportio primi ad scōm fuerit sicut tertij ad q̄rtū quinti quoq̄z ad secundum sicut sexti ad quartum:erit proportio primi ⁊ quinti pa/ riter acceptorum ad secundum sicut tertij ⁊ sexti ad quartum.

¶ Vt si sit.a.ad.b.sicut.c.ad.d.itemq̄z.e. ad.b.sicut.f.ad.d.erunt.a.⁊.e. pariter accepti ad.b.sicut.c.ad.f.pariter accepti ad.d.erit enim per conuersam proportio nalitatem.b.ad.e.sicut.d.ad.f.quare per equam proportionalitatem.a.ad.e.sicut c.ad.f.ergo coniunctim.a.⁊.e.ad.e.sicut.c.⁊.f.ad.f.itaq̄z per equā proportiona/ litatem.a.⁊.e.ad.b.sicut.c.⁊.f.ad.d.quod est propositum. Eodemq̄z modo pro/ babis ecōuerso .si sit.b.ad.a.sicut.d.ad.c.itēq̄z.b.ad.e.sicut.d.ad.f.erit.b. ad.a. ⁊.e.sicut.d.ad.c.⁊.f.erit enim per conuersam proportionalitatē. a.ad.b. sicut.c. ad.d.quare per equam.a.ad.e.sicut.c.ad.f.⁊ coniunctim.a.⁊.e.ad.e.sicut. c.⁊.f.



ad.f.igitur ecōuerso.e.ad.a.ꝛ.c.sicut.f.ad.c.ꝛ.f.per equā itaq; proportionalita/
tem erit. b.ad.a.ꝛ.c.sicut.d.ad.c.ꝛ.f.qd erat ꝓpositū.Ex hoc quoq; manifestū ē
q; si fuerit ꝓportio quotlibet numeroꝝ ad primū sicut totidem alioꝝ ad scōm.erit
aggregati ex omnibus antecedentibus ad ꝑmū: ad ꝑmū sicut aggregati ex oibus
añtib⁹ ad scōm:ad scōm.itēq; ecōuerso si fuerit ꝓportio ꝑmi ad quotlibet numeros
sicut scōi ad totidē alios:erit primi ad aggregatū ex oib⁹ ꝓñtib⁹ ad ipsū:sicut scōi
ad aggregatū ex oib⁹ ꝓñtib⁹ ad ipsū. Propositio .16.



Si numeret vnitas aliquē numeꝝ quotiēs quilibet tertius
aliquē quartū:erit quoq; ꝑmutati ut quotiēs vnitas nume
rat tertium totiens secūdus numeret quartum.

¶ Vt si sit vnitas ad.a.sicut.b.ad.c.erit ꝑmutatim vnitas ad. b.si/
cut.a.ad.c. Non supfluit aūt hec demonstrata ꝑmutata ꝓportione:
non enī ex illa pōt cōcludi qd hic proponitur. Nā illa demonstrata est de.4.nume
ris ꝓportionalibus:vnitas vero nō est numerus ꝑ diffinitionē:hoc ergo mō pate
at propositum.diuidat.a.ꝑ vnitates ꝛ.c.ꝑm quātitatem.b.eruntq; per presentem
ypothe.tot ꝑtes.a.quot.c.ꝛ quia vnaq̄q; partiū.a .est vnitas ꝛ vnaq̄q; ꝑtium.c.
est equalis.b.erit ut quotiens vnitas in.b.totiens vnaq̄q; ꝑtiū.a.in sua cōpari ex
ꝑtib⁹.c.ꝑ modū itaq; demōstratiōis.5.sequet totiens esse.a.in.c.quotiens vnitas
in.b.qd est propositum. Propositio .17.



Si duorum numerorum vterq; ducatur in alterum :qui in/
de producentur erunt equales.

¶ Sicut si ex.a.in.b.pueniat.c.ꝛ ex.b.in.a.pueniat.d.erunt.c.ꝛ.d
equales:cū enī.b.multiplicatus ꝑ.a.ꝓducat.c.erit ꝑ cōuersionē diffi
nitionis.b.in.c.quotiens vnitas in.a.ergo ꝑ premissam erit.a.in.c.
quotiens vnitas in.b.ꝛ qꝛ totiens est.a.etiā in.d.qꝛ ex.b.in.a.fit.d.sequitur ut to
tiēs sit.a.i.c.quotiēs in.d.ꝑ concept.igitur.c.ꝛ.d.sunt similes. Possumus quoq;
hanc conclusionem alio modo ꝓponere:si duoꝝ numeroꝝ vterq; ducat in alterū
idē numerus vtrobiq; pueniet:vt si ex.a.in.b.pueniat.c.idē etiā ex.b.in.a. pro/
ueniet:qꝛ enī ex.a.in.b.fit.c.erit ut prius ꝑ cōuersionē diffinitionis.b.in.c.quoti/
ens vnitas in.a.Et permutatim ꝑ premissam.a.in.c. quotiens vnitas in. b. quia
igit.a.totiens sibi coacerua in.c.quotiens in.b.est vnitas:sequit ꝑ diffinitionem
q; ex.b.in.a.fit.c. Propositio .18.



Si vnus numerus in duos ducatur:tantus erit duoꝝ inde
productorum alter ad alterum:quantus duorum multipli
catorum alter ad alterum.

¶ Multiplicet.a.vtrūq; duoꝝ nūcroꝝ.b.et.c.ꝛ pueniāt.d.ꝛ.c.dico
q; erit ꝓportio.d.ad.e.sicut.b.ad.c.sequit enī ꝑ cōuersionē diffini/
tionis eius qd est multiplicari ut.b.in.d.ꝛ.c.in.e.fit quotiens vnitas in.a. quare
ꝑ diffinitionē ꝓportio.d.ad.b.ē sicut.e.ad.c.equaliter enī eos continent. qꝛ quo/
tiens.a.vnitatē:ergo permutatim.d.ad.c.sicut.b.ad.c.quod est propositum.

Propositio .19..

Si duo numeri vnum multiplicent :erit proportio duorū
inde ꝓductoꝝ tanq̄; duorum multiplicantium.

¶ Ex conuersione antecedentis premisse conduditur hec eadē passio
que in premissa:vt si vterq; duoꝝ numeroꝝ.b. ꝛ.c. multiplicet.a.et



pueniant.d.z.e.erit.d.ad.c.sicut.b.ad c.erit enī p ante p̄missā ut ex.a.in.b.z.c. fiāt.d.z.e:q̄re p premissā.d.ad.e.sicut.b.ad.c.qd̄ ē ppositū: ¶ Potes aūt qd̄ pro ponit p hanc z p̄missā de duobus numeris ad quotlibet numeros ampliare :q̄ si vnus multiplicet quotlibet erit pductoꝝ z multiplicatoꝝ vna pportio. Silr quoqz si quotlibet multiplicēt vnū erit pductoꝝ z multiplicantium vna pportio qd̄ p hāc z premissā quotiens oportuerit repetitas facile pbabis. Hic aūt ut supra pollitici sumus demōstrare volumus equā pportionalitatē in quotlibet numeris duoꝝ or/ dinū indirecte pportionalitatis quā demōstrat euclides p.23.quinti ī quantitati/ bus in genere:dicim⁹ igitur quoniā.

¶ Si quotlibet numeri totidē alijs fuerint indirecte proportionales extremi quoqz in eadem pportione proportionales erunt.



¶ Vt si sit.a.ad.b.sicut.d.ad.f.z.b.ad.c.sicut.c.ad.d.erit.a. ad.c. sicut.c. ad.f. ducatur enī.c.in.d.z.f.z proueniant.g.z.h.eritqz per premissam.g.ad.h. sicut.d ad.f.quare z sicut.a.ad.b.ducat̄.itē.f.in.d.z pueniat.k.eritqz per hanc. 19.g.ad k.sicut.c.ad. f.z qz ex.f.in.d.fit.k. fiet idem ecōuerso p.10.ex.d. in.f. quia igit̄ ex c.z.d.in.f.fiunt.h.z.k.erit p hanc.19.h.ad.k.sicut.c.ad.d.quare sicut. b.ad.c .et qz iam ostensum est q̄ ē.g.ad.h.sicut.a.ad.b.erit p.15.a.ad.c.sicut.g.ad.k.sed sic erat etiam.c.ad.f.est igitur.a.ad.e.sicut.c.ad.f.quod est propositum. Idem pro/ babis si fuerint in vtroqz ordine numeri plures tribus quēadmodum probatur in 23.quinti de quantitatib⁹ plurib⁹ trib⁹.

Propositio .20.



Si fuerint quatuor numeri proportiōales qd̄ ex ductu primi in vltimū pducetur equū erit ei qd̄ ex ductu secundi in tertiū. Si vero qd̄ ex primo ī vltimū pducet̄ equū ē ei qd̄ ex secundo in tertiū:illi quatuor numeri sūt pportiōales.

¶ Quod proposuit euclides per.15.sexti de quatuor lineis pportio/ nalibus: pponit hic de quatuor numeris pportionalibus.verbi gratia. Sit ppor tio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.fiatqz ex.a.in.d.e.z ex.b.in.c.f.dico q̄.e.z.f.sunt equa/ les econuerso:ducatur enim.a.in.b.z fiat.g.eritqz per.18.g.ad.c.sicut.b.ad.d. et qz per.17.ex.b.in.a.fit.g.z ex codē.b.ī.c.f.erit p.18.g.ad.f.sicut.a.ad.c.sed p.14. est.a.ad.c.sicut.b.ad.d.ergo erit.g.ad.f.sicut.g.ad.e.eq̄les igit̄ sūt.f. z.e. qd̄ est p̄mū. Nec oportet p̄demōstrare si vni⁹ numeri ad duos sit vna pportio q̄ ipsi sūt eq̄les:aut si ipsi sūt eq̄les q̄ vni⁹ ad ipsos sit vna pportio. Si enim est vna pro/ portio.g.ad.e.z ad.f.aut ipse erit tota pars vel partes.e. quota vel quote idem est.f.z tunc per conceptionem patet.e.z.f.esse eq̄les:aut totiens.g. continebit.e. quotiens.f.z superfluent in eo tota pars vel partes.e. quota vel quote in eodem superfluent .f.z tūc etiam per conceptionē patet eos esse equales. Qd̄ si ipsi fue/ rint equales patet per conceptionē q̄ aut.g.erit tota pars vel partes.e.quota vel quote.f.z tunc per diffinitionem erit ipsius.g.ad vtrumqz eorum proportio vna: aut equaliter continebit vtrunqz cum superfluitate similium z tot numero par/ tium: z tunc etiam per diffinitionem erit eius ad vtrunqz proportio vna. ¶ Se/ cundū sic patet:sit.e.productus ex.a.in.d.equalis.f. pducto ex.b.in.c.dico q̄ p/ portio.a.ad.b.est sicut.c.ad.d.z est hec conuersa prime partis. Sit enim vt prius

g.qui fit ex.a.in.b.⁊ quia.e.⁊.f.sunt eq̃les.erit.g.ad vtrũq; eorum proportio vna ⁊ quia vt prius per.18.g.ad.f.sicut.a.ad.c.⁊ ad.e.sicut.b.ad.e.erit.a.ad.c.sicut.b ad.d.quare permutatim.a.ad.b.sicut .c.ad.d. Non proponit autem euclides de tribus numeris continue proportionalibus q̃ ille qui ex ductu primi in tertium p/ ducitur sit equalis quadrato medij. Et si ille qui ex primo in tertium producit̃ fue/ rit equalis quadrato medij: q̃ illi tres numeri sint continue proportionales sicut proponit in.16.sexti de tribus lineis .hoc eni facile demonstratur per hanc.20.me dio illorum trium numerorum equali assumpto:quẽadmodum in sexto de tribus lineis probatur per quatuor assumpta quatuor equali medie.

Propositio 21.



Numeri secundũ quãlibet proportionem minimi: nume/ rant quoslibet in eadem proportione minor minorem et maior maiorem equaliter.

¶ Sint. a.⁊ . b. minimi numeri in sua proportione.sitq; c.ad .d. sicut .a. ad. b.dico q̃ .a.numerat.c.⁊.b.d. equaliter. Cum sit enim a.ad.b.sicut.c.ad. d. erit permutatim. a.ad.c. sicut. b .ad.d. erit igitur .a.c.to/ ta pars vel partes quota vel quote .b .d. si itaq; fuerit pars constat propositum: At si partes sit .e.vna partium.a.⁊.f.vna partium.b.⁊ quia tota pars est.e.c:per ypothe.quota.f.d.erit per diffinitionem proportio.e.ad.c.sicut. f.ad.d. quare p/ mutatim.e.ad.f.sicut.c.ad.d.quare etiam sicut.a.ad.b.non sunt itaq;.a.⁊.b.mi/ ni ni sue proportionis:quod est contrarium positis. Similiter quoq;.

¶ Quotlibet numeri siue in eadem proportione siue in diuersis mini mi numerant omnes in eadem proportione quisq; suum correlatiũ equaliter.



¶ At si sint.a.b.c.minimi in eadem proportione vel in diuersis: sintq; in eadem vel eisdem.d.e.f.ita q̃ sit.d.ad.e.vt.a.ad.b.⁊.e.ad.f.vt.b.ad.c.dico q̃.a. nume rat.d.⁊.b.e.⁊.c.f.equaliter:quia enim est.a.ad.b.vt.d.ad.e.erit permutati.a.ad d.vt.b.ad.e. et quia.b.ad.c.ut.e.ad.f.erit etiam permutatim.b.ad. e.ut.c. ad.f. quare.b.ad.e.⁊.c.ad.f.sicut.a.ad.d.⁊ quia.a.b.c.sunt minores.d.e. f.erit. b.e.⁊ c.f.tota pars aut partes.quota est.a.d. Si itaq; pars constat propositũ .At si par tes sit.g.vna partium.a.⁊.b.vna partium .b.⁊.k .vna.c.eritq; per presentẽ ypo/ the.tota pars.b.e.⁊.k.f.quota.g.d.quare per diffinitionẽ.b.ad.e.⁊.k.ad. f.sicut g.ad.d.permutatim igitur erit.g.ad.b.vt.d.ad.e.⁊.b.ad.k.vt.e. ad. f.quare.g. ad.b.ut.a.ad.b.⁊.b.ad.k.vt.b.ad.c.quia ergo.g.b.k.sunt minores.a.b.c.⁊ i ea dem proportione sequitur contrarium positi.

Propositio .22



Si fuerint duo numeri scõm suam proportionem minimi: ipsi erunt adinuicem primi.

¶ Sint duo numeri.a.⁊.b.scõm suaz proportionem minimi. dico q̃ ipsi sunt contra se primi. Si enim nõ numeret eos.c.ꝑm.d.⁊.e.erit q; per.18. d.ad.e.sicut.a.ad.b.⁊ quia.d.⁊.e.sũt minores .a.⁊.b.se/ quitur.a.⁊.b.non esse sue proportionis minimos:qõ ẽ ꝓriũ positioni. Silr quoq;

¶ Si fuerint quotlibet numeri in continuatione suarum ꝓportionum

sive eadē sive diverse fuerint mimi. nullus numerus numerabit omīs.
¶ Ut si sint.a.b.c.minimi in ꝓtinuatione suaꝝ proportionū: dico ꝙ nullus nume
rabit omnes. Sin autem numeret eos.d.a.quidē.ꝑm. c.b .vero ꝑm. f.ꝛ.c. ꝑm.g.
eritq; p.18..e.ad.f.sicut.a.ad.b.ꝛ.f.ad.g.sicut.b.ad.c.qꝛ ergo.e.f.g.sūt minores
a.b.c.ꝛ ꝑm ꝓportionē eorum nō erunt.a.b.c.quales positi sunt: quod ē inconve/
niens. ¶ Quāq; autē nullus numeret.a.b.c.si fuerint minimi: potest tamē esse ut
quoslibet duos ex eis numeret vnus: ductoꝫ etenim quolibet numero in aliquez ad
se primū ac vtroq; eoꝝ in aliquē tertiū ad vtrunq; primū: prouenient tres numeri
quoꝝ quiq; duo erunt cōpositi. Nullꝰ tamē numerabit omīs. Sint enī.a.b.c.tres
numeri quoꝝ quisq; sit primus ad alios: ducatq;.a.in.b. ꝛ.c.ꝛ proueniat. d.ꝛ.c.
itemq;.b.in.c.ꝛ ꝓueniat.f.dico quosq; duos ex.d.e.f.esse adinuicem compositos
tamē nullus numerabit omnes duos quosq; ꝑ esse cōpositos.a.enim numerat.d
ꝛ.e.b.vero.d.ꝛ.f.ꝛ.c.e.ꝛ.f. Qd autē nullus numeret oēs: patebit prius demōstra
to ꝙ.a.est maximus numerans.d.ꝛ.e.b.quoq; maximꝰ numerās.d.ꝛ.f.ꝛ.c.ma/
ximus numerās.e.ꝛ.f.hoc aūt sic cōstat: si enī.a.nō ē maximꝰ numerās.d.ꝛ.e .sit
itaq;.g.numeretq;.d.ꝑm.b.ꝛ.e.ꝑm.k.eritq; p scōam ptē.20.a.ad.g.sicut.b.ad.b
itemq; p eādē.a.ad.g.sicut.k.ad.c.qꝛ ergo.a.est minor.g.erit.b.minor.b.ꝛ.k.mi
nor.c.ꝛ qꝛ.b.ad.k.sicut.b.ad.c.vtraq; enī ē sicut.d.ad.e.p.18.bis assumptā.sunt
autē: b.ꝛ.k.minores.b.ꝛ.c.erit p imediate sequētē ꝛ per hāc ypoth. ꝙ.b.ꝛ.c.sint
ꝓtra se primi reperire minimis minores: qd qꝛ ē impossibile: erit.a.maximꝰ nume
rās.d.ꝛ.e. Eodēq; mō ꝓbabit ꝙ.b.sit maximus numerās.d.ꝛ.f.ꝛ. c.maximꝰ nu/
merās.e.ꝛ.f.siquis ergo numerat.d.e.f.p corell. scōe ter assūptū ipse numerabit
a.b.c.sed quisq; eorū primus erat ad reliquos. Accidit igit ipossibile. Sil' quoq;

¶ Quotlibet numeri quos vnus nō numerat scōm cōtinuationē suaꝝ ꝓportionū sunt minimi. ¶ Ut si sint.a.b.c.quilibet numeri quos oēs nul/
lus numerat. dico ꝙ ipsi sunt in continuatione suaꝝ ꝓportionū minimi. Alioquin
sint minimi.d.e.f.qui p.21.numerabunt.a.b.c.quisq; suū relatiuum equaliter .sit
ergo vt scōm.g.eritq; per.17.vt viceuersa.g.numeret.a.b.c.scōm.d.e.f. quare ac/
cidit ꝓrium positioni.

Propositio .23.

Quilibet numeri ꝓtra se primi sūt ꝑm suā ꝓportōem mimi.
¶ Hec ē cōuersa ꝑmisse vt si duo numeri sint.a.ꝛ.b.ꝓtra se ꝑmi: ipsi
erūt ꝑm suā ꝓportionē minimi: sin aūt sint minimi ī eadē ꝓportiōe
si possibile ē.c.ꝛ.d.cōstat itaq; p.21.ꝙ.c .numerat.a.ꝛ.d.b. eqliter
sit igitur vt scōm.e.erit per.17.vt viceuersa.e.numerat.a.ꝛ.b.a.qui
dem secddū.c.ꝛ.b.scōm.d.non sunt igit.a.ꝛ.b.ꝗ se ꝑmi qd ē ꝗ ypoth.

Propositio .24.

Si fuerint duo numeri cōtra se primi. si quis vnū eoꝝ nu/
meret ad alterū ē primus necessario comprobatur.
¶ Sit.a.ꝛ.b.ꝗ se ꝑmi.c.vero numeret.a.dico ꝙ.c.ꝑmꝰ ē ad.b.alio/
qui nūeret eos.d.q ꝑ penul'.ꝓcept.nūerabit etiā.a. nō sūt g.a.ꝛ.b.
ꝗ se ꝑmi.d.enī numerat ābos.

Propositio .25.

Si fuerint duo numeri ad aliū quēlibet primi qui ex ductu
vnius in alterū ꝓducetur.ad eundem erit primus.
¶ Sit vterq; duoꝝ numeroꝝ.a.ꝛ.b.primus ad.c.ꝛ ex.a.in. b. sit.d
dico ꝙ.d.est primus ad.c.aliter enī numeraret eos.e. d.qdā ꝑm.f.













critq3 p scōam ptē.20.a.ad.e.sicut.f.ad.b.⁊ qr. a.⁊.c.sūt p̄mi ⁊ .e.numerat.c.ipse erit p.24.primus ad.a.q̄re p.23.a.⁊.e.sunt scōm suā ꝓportionē minimi:sequit̄ ergo p.21.ut.c.numeret.b.⁊ qr positū ē q̄ ipse numeret.e.nō erunt.b.⁊.c. ꝗ se p̄mi: qd̄ est contra ypothe.



Propositio 26.

Si fuerint duo numeri contra se primi qui ex vno eorū in se ipsum producitur ad reliquum est primus.

Sint cōtra se primi .a.⁊.b.⁊ ex.a.in se fiat.c.dico q̄.c.primus est ad.b.sit enim.d.equalis.a.eritq3.d.primus ad.b.⁊ ex.a.in.d:fiet.c per premissam igitur patet.c.primū esse ad.b.qd̄ proposuimus.



Propositio .27.

Si duobus numeris ad alios duos cōpatis vterq3 ad vtrūq3 fuerit primus qui ex duobus prioribus ad eum qui ex duobus posterioribus producetur erit primus.

Sint.a.⁊.b.p̄ores.c.⁊.d.posteriores:sitq3 vterq3 duoꝝ.a.⁊.b.primus ad vtrūq3 duoꝝ.c.⁊.d.⁊ ex.a.in.b.fit.e.⁊ ex.c.in.d.f.dico q̄ e primus est ad.f.hoc aūt.25.ter assumpta euidenter conducit:cū enī fiat.e.ex.a.i.b.quorum vterq3 primus est ad.c.⁊ ad.d.erit per ipsam.e.primus ad.c.⁊ item p ipsam primus ad.d.quia item.f.fit.ex.c.in.d.quoꝝ vterq3 prim⁹ est ad.d.erit rursus per ipsam.f.primus ad.e.qd̄ ē ꝓpositū.



Propositio .28.

Si fuerint duo numeri contra se primi ducaturq3 eorum vterq3 ī seipsum: erunt inde producti cōtra se primi. Itē q3 si in vtrūq3 productoꝝ suum ducatur principium: erūt quoq3 producti contra se primi.

Sint.a.⁊.b.cōtra se primi:ducat̄q3 vterq3 in se:⁊ proueniant ex.a quidem.c.ex.b.vero.d.itēq3 ducat̄.a.in.c.⁊ proueniat.e.⁊.b.in.d.⁊ proueniat.f. dico.c.⁊.d.esse contra se primos:itemq3.e.⁊.f.contra se primos:est enim per.26. c.primus ad.b.per eandē igitur erit.d.primus ad.a.⁊ ad.c.sicq3 constat primum qd̄ ē.c.⁊.d.esse contra se primos. Reliquum sic:est enī vterq3 duoꝝ numerorum a.⁊.c.primus ad vtrūq3 duoꝝ.b.⁊.d.itaq3 per.27.erit.e.primus ad.f.qd̄ est reliquum. Non solum autem erit.e.primus ad.f.sed etiā per.25.ad.b. ⁊ ad.d. itemq3 per eandē.f.ad.a.⁊.c.sicq3 si infinities duceret̄ vtrūq3 productoꝝ in suum principium essent omnes producti contra se primi:⁊ non solum sed quilibet eductus ab a.ad quemlibet eductum.a.b.



Propositio .29.

Si fuerint duo numeri contra se primi:qui ex ambobus coaceruatur ad vtrūq3 eorum erit primus. Si vero ex ambobus coaceruatus ad vtrūq3 eorū fuerit prim⁹ duo quoq3 numeri adinuicem erunt primi.

Sint .a.⁊.b.cōtra se primi:dico q̄ ex eis cōpositus.a.b.ad vtrūq3 eorū erit prim⁹ ⁊ ecōuerso.nā si.d.numerat totū.a.b.⁊ altez eoꝝ numerabit p cōez sciaz ⁊ reliquū.q̄re nō erūt ꝗ se p̄mi:sz hoc positū fuerat:pz ergo p̄mū. Scōm sic:sit.a.b .prim⁹ ad vtrūq3 suoꝝ componentium qui sunt. a. ⁊.b. dico q̄.a.⁊.b.

sunt ꝓtra se primi: posito enī ꝙ.d.numeret vtrūq; duorum numeroꝝ.a. ⁊ b.se/quitur per cōem sciam ꝙ etiā numeret.a.b.ex eis cōpositum :quare ad neutrum duoꝝ numeroꝝ.a.⁊.b.erit.a.b.primus:sed positum erat ꝙ esset ad vtrūq;.Acci/dit igitur impossibile.Eodē quoq; mō si coaceruatus ex duobus primus fuerit ad alterum: primus quoq; erit ad reliquū. ideoq; ⁊ coaceruati inter se:sit enī cōposi/tus ex.a.⁊.b.primus ad.a.dico ꝙ erit etiā primus ad.b.alioquin numeret eos.d qui per cōceptionē numerabit ⁊.a.cum numeret totum ⁊ detractum: hoc autē in/conueniens erat enim compositus ex.a.⁊.b.primus ad.a.

Propositio .30.

Omnis numerus cōpositus ab aliquo primo numeratur.

Sit.a.quilibet numerus cōpositus:dico ꝙ aliquis prim⁹ numerat ipsū:q⁹ enī est cōpositus numerabit ab aliquo numero qui sit.b. qui si fuerit primus verū erit qd dicit.si aūt cōpositus sit.c.qui numerat eum:qui etiā per cōem sciam numerabit.a.si ergo vel ipse fuerit pri/mus constat qd dicit.At si cōpositus necessario numerabit eū.alius qui sit. d. qui etiā per cōem sciam numerabit.a.de quo rōcinare vt prius:q⁹ ergo quotiens oc/currit cōpositus necesse est minorem assumere qui cōpositum occurrentē numeret sequitur ut tandē deueniatur ad aliquē primū:alioquin accidet impossibile ⁊ con/trarium petitioni numerum in infinitum decrescere.



Propositio .31.

Omnis numerus aut ē primus aut a primo numeratur.

Sit.a.quilibet numerus: dico ipsum esse primū vel numerari a pri mo.quia si non est primus erit cōpositus:quilibet autē talis ab ali/quo primo numeratur per premissam.a.igitur vel primus est vel a primo numeratur:quod proponitur.



Propositio .32.

Omnis numer⁹ primus ad omnē quē nō numerat ē prim⁹.

Sit :a.numerus primus non numerās.b.dico ꝙ.a.⁊.b. sūt cōtra se primi.si enī.c.numerat eos nō est verū ꝙ.a.sit primus.



Propositio .33.

Si numer⁹ ex duob⁹ ꝓduct⁹ ab aliquo primo numeretur necesse est eundem primū alterꝝ illorꝝ duoꝝ numerare.

Sit.c.productus ex.a.in.b.⁊ sit.d.numerus primus qui ponatur numerare.c.dico ꝙ.d.numerat.a.vel.b.numeret enī.c. ꝑm.c.si er/go nō numerat.a.erit primus ad ipsū ꝑ premissam:⁊ iō erūt ꝑm suā ꝓportionē minimi ꝑ.23.⁊ q⁹.a.ad.d.sicut.c.ad.b.ꝑ scōam ptē.20.sequit ut.d. nu/meret.b.ꝑ.21.qd est propositū. Ut manifestū ē ꝙ si aliquis numerus nu/merat ꝓductū ex duobus vel si eidē fuerit cōmēsurabilis cōmēsurabi lis quoq; erit alteri eoꝝ.



Propositio .34.

Numerus ꝑm ꝓportionē nūeroꝝ assignatoꝝ minimos in/uenire. Unde manifestū ē maximū numeꝝ duos cōiter numerantē ꝑm minimos illius ꝓportionis eos numerare

Sint.a.⁊.b.numeri propositi ꝑm quorum proportionē volumus inuenire minimos.si ꝗ fuerit ꝗ se ꝑmi sūt ꝗles inqrim⁹ ꝑ.23.si aūt cō/positi sumat: vt docet scōa maxim⁹ eos cōiter numerās q sit.c.numeretq; eos ꝑm

d.ꝛ.e.erũtq3 in eadẽ ꝓportione p.18.quos dico ee ẕles q̃rim⁹.Sint autẕ sint.f.ꝛ g.q̃ p.21.numerabũt. a.ꝛ.b.eq̃liter:sit igit̃ ut fm.h.eritq3 p scdam ptẕ.20.c.ad. h sicut. f.ad.d.vel sicut.g.ad.e.quare.c.ẕ minor.h.itaq3 cũ.h.numeret.a. ꝛ.b. non fuit.c.maxim⁹ eos numerãs sed erat positũ q̃ sic.ergo ꝛc.Siliter quoq3 possum⁹.



¶ Numeros fm continuitatem proportionum numeroꝝ assignatoꝝ minimos repire. Unde etiã manifestũ ẕ maximũ numeꝝ quotlibet cõmuniter numerãtẕ fm minimos proportionũ eorum eos numerare.

¶ Ut si sint.a.b.c.fm quoꝝ proportiones volumus minimos inuenire siue fuerit in eadem ꝓportione siue in diuersis: siue nullus numerus numerat eos omns: ipsi sunt quos querimus per.23.hoc enim ibi demonstratũ est. Si autem vnus numerat omns:sumat̃ ut docet tertia:maximus eos cõiter numerans qui sit. d.numeret q3 eos fm.e.f.g.qui erunt in eadẽ ꝓportione per.18.dico eos esse quos querimus alioquin sint.h. k.l.qui per.21. numerabunt.a.b.c.equaliter:sit ut fm.m.eritq3 p scdam ptem.20.d.ad.m.ut.h.ad.e.vel.k.ad.f.vel.l.ad.g.Minor est igitur. d.q̃3 m.quare cũ.m.numeret.a.b.c.nõ fuit.d.maximus eos numerans:quare sequitur impossibile:fuit eni.d.maximus numerans.a.b.c.

Propositio .35.



Quilibet duo numeri minimos numeros sue ꝓportionis maior minorẕ ꝛ minor maiorẕ multiplicantes minimum ab ipsis numeratum producũt. Unde manifestum ẕ minimũ quẕ duo numerãt quẕlib3 ab eis numeratũ numerare

Sint.a.b.c.d, cõtinue ꝓportionales ⁊ minimi. dico cõpositũ ex.a b.c.primũ esse ad.d. Si enim nõ numerabit aliquis numerus qui sit.e cõpositũ ex.a.b.c.⁊.d.p ꝑmissã igit̃ erit.e.cõicans alteri terminox illius ꝓportionis qui sunt.f.⁊.g.erit itaq3 numer⁹ aliqs numerãs.e.⁊ alterum duorum.f.g. qui sit.b.quia ergo.b.numerat.e.numerabit.d.⁊ cõpositum ex.a. b.c. ⁊ quia numerat.f.vel.g.quorũ vterq3 numerat vtrũq3 mediorum ⁊ simpliciter oẽs si plẽs duobus sint:ex secũda octaui sequit̃ ut ipse numeret.b.⁊.c.ergo ⁊.a.q2 numerat totum a.b.c.nõ sunt igit̃.a.⁊.d.q̃ se ꝑmi qd̃ ẹ incõueniẽs p.3.octaui:sil̃r quoq3 constabit ꝓpositũ ex.a.b.d.ꝑmũ eẽ ad.c.si enim vt prius.e.numerat ãbos sequit̃ p ꝑmissam ut aliquis numerus qui etiã sit.b.numeret.e.⁊ alterũ duorũ.f.g.itaq3.b.numerat c.⁊ totũ.a.b.d.sed ⁊.b.cũ vtraq3 radicũ numeret omnes medios :igit̃ ⁊ cõpositũ ex.a.⁊.d.⁊ q2 necessario numerat alterũ duorũ.a.d.cũ numeret alterũ duorũ.f.g. numerabit ⁊ reliquũ. Nõ sũt igitur.a.⁊.d.cõtra se primi:⁊ ita idẽ ut pri⁹. Demõstrãt,aũt idẽ aliter de trib⁹ cõtinue ꝓportiõalib⁹ ⁊ minimis sine aminiculo ꝑmisse,pbãt enim ex quibusq3 duob⁹ cõpositũ ꝑmũ eẽ ad reliquũ.sint itaq3.3.cõtinue ꝓportionales ⁊ mimi.a.b.c.quox termini.d.⁊.e.dico tũc compositum ex.a.⁊.b.primũ



esse ad.c.⁊ cōpositū ex.b.⁊.c.ad.a.itēq3 ex.a .⁊.c. ad.b. manifestū enim est ex se/
cunda octaui qō ex.d.in se fit.a.⁊ in.e.fit.b. ⁊ ex.e. in se. c.⁊ ex.22.septimi.qō.d.
⁊.e.sūt cōtra se primi:itaq3 ex pma pte.29.eiusdē erit tot⁹.d.e.pm⁹ ad vtrūq3 coꝝ
q2 igit vterq3 duoꝝ numeroꝝ.d.⁊.d.e.prim⁹ ē ad.e.erit p.25.eiusdē qui ex.d.in.d
e.pducitur ⁊ ipse ē cōpositus ex.a.⁊.b.pmus ad.e.sequit ergo p.26.eiusdē.ut etiā
cōpositus ex.a.⁊.b.sit pm⁹ad.c.fit eni.c.ex.e.i se ¶ Simili quoq3 demōstratōe p/
babis cōpositū ex.b.⁊.c.pmū esse ad.a. At vero cōpositū ex.a.⁊.c.pmū esse ad.b:
sic habeto:cū sit eni vterq3 duoꝝ.d.⁊.e.pmus ad totum.d.e.erit p.25.septimi qui
ex.d.in.e.pducit:⁊ ipse est.b.pmus ad.d.e.itaq3 p.26.eiusdē qui ex. d. e.in se p/
uenit:⁊ ipse est qui cōponit ex.a.⁊.c.⁊ duplo.b.primus erit ad.b.sequit ergo com
positū ex.a.⁊.c.pmū esse ad.b.necesse eni ē ut ex duobus cōpositus cū primus fue
rit ad vnū coꝝ ex quib⁹ componit:sit primus ad reliquū:demonstratum aūt ē hoc
supra.29.septimi. Oportet aūt stabilire ad robur istius demonstratiōis compositū
ex.a.⁊.b.pduci ex.d.in cōpositū ex.d.⁊.e.supposito q ex.d.in se fit.a. ⁊ ex codē3
in.e.b.itēq3 q ex.d.e.i se pducat cōpositū ex.a.⁊.c.⁊ duplo.b.supposito eo quod
prius ⁊ q ex.e.in se fit.c.huius itaq3 grā pponim⁹ hec demonstrāda.

¶ Qō fit ex ductu vni⁹ numeri i quotlibet tantū ē:quantū qō ex ductu
eiusdē i cōpositū ex illis. ¶ Idē pponit pma scōi de lineis. Sit eni ut ex.a.i.b
⁊ in.c.⁊ in.d.pueniant.e.⁊.f.⁊.g.dico q ex.a.in cōpositū ex. b.⁊. c.⁊. d.pueni
cōpositū ex.e.⁊.f.⁊.g.sequit eni ex cōuersione diffinitionis eius qō multiplicat ut
tota pars sit.b.e.⁊ tota.c.f.sed ⁊.d.tota.g.quota ē vnitas.a. per quintā itaq3 se/
ptimi:tota quoq3 ps erit cōpositus ex.b.⁊.c.⁊.d.compositi ex.e.⁊.f.⁊.g.quota est
vnitas.a.ergo per diffinitionē ex.a.in cōpositū ex.b.⁊.c.⁊.d.fit cōpositus ex.e.⁊
f.⁊.g.qō est propositū. ¶ Qō fit ex ductu quotlibet numerorum in vnum
equū ē ei qō fit ex cōposito eorū in eundē. ¶ Hoc ē cōuersū eius qō modo
demonstratū ē:vt si ex.b.⁊.c.⁊.d.in.a.fiant.e.⁊.f.⁊.g.fiet quoq3 cōpositus ex cō
posito i eundē:qō ex.17.septimi ⁊ pdemonstrato facile cōcludit. ¶ Qō fit ex du
ctu quotlibet numeroꝝ in quotlibet alios:equū est ei qō fit ex cōposi
to horum in compositū illoꝝ. ¶ Vt si.a.b.c.multiplicēt.d.e.f. quilibet quē/
libet:iungantq3 pducta.dico aggregatū ex productis esse equale pducto ex cōpo/
sito ex.a.⁊.b.⁊.c.in cōpositū ex.d.⁊.e.⁊.f. est eni p premissam qō fit ex cōposito
ex.a.b.c.in.d.quātū qō ex singulis in illū.d.sic ⁊ in.e.⁊ in.f.ex cōposito aūt horū
a.b.c.in quēlibet illoꝝ.d.e.f.p ante pmissā fit quātū ex cōposito in cōpositū.itaq3
constat ppositū. ¶ Numero in quotlibet ptes diuiso: tantū est qō fit ex
toto eo in se:quantū qō ex eo in omnes suas ptes. ¶ Idē pponit scōa se/
cundi de lineis.vt si.a.diuidat in.b.⁊.c.⁊.d.dico qō tantum fit ex.a.in se quantū
in oēs illos.b.c.d.posito eni.e.equali.a.constat ex prima hax incidentū tm fieri
ex.e.in.a.quātū in oēs ptes.a.sed p cōcept.ex.e.in.a.fit quātum ex.a.in se.⁊ ex.e
in ptes.a.quātū ex.a.in easdē. Manifestū ergo ē vex esse qō dicit. ¶ Numero
in duo diuiso qō fit ex toto in alterum diuidentium:tm est quantū qō
ex eodem in se ⁊ in alterum. ¶ Idem proponit tertia scōi de lineis. Sit eni.a
diuisus in.b.⁊.c.dico tm fieri ex.a.in.c.quātū ex.c.in se.⁊ in.b. Nam qō ex.a.i.c.
ē quātū qō ex.c.in.a.p.17.septimi.sumpto itaq3.d.equali.c.erit.a.in.c. quantum
d.in.a. At per primā harū.d.in.a.ē quantū in.b.⁊.c.q2 ergo.d.in.a.⁊ i.b.⁊.i.c.ē
quantum.c.in.a.⁊ in.b.⁊ in se propter equalitatem.c.⁊.d.constat propositum.





¶ Numero in duo diuiso qd ex ductu totius in se: est quantum qd ex ductu vtriusq; diuidentium in se ⁊ alterius eorum bis in alterum.



¶ Idem ꝓponit quarta scōi de lineis vt si a. diuidatur in. b. ⁊. c. dico tm̃ fieri ex. a i se. quātū ex. b. in se. ⁊. c. i se ⁊ ex. b. bis in. c. est enī per quartam harum q̃ ex. a. in se quantū qd ex eo in. b. ⁊ in. c. ex eo autē in. b. per premissā est quantū ex. b. in se. ⁊ in. c. at ex. a. in. c. per eandem est quantum ex. c. in se. ⁊ in. b. ⁊ qr ex. c. in. b. tātum est quantum ex. b. in. c. per. 17. septimi. liquet verum esse quod proponitur.

¶ Numero per duo equalia duoq; inequalia diuiso quod fit ex maiori inequalium in minorem cum quadrato intermedij equum ē quadrato medietatis totius.



¶ Idem proponit de lineis quinta secundi: vt si. a. b. diuidatur in duos numeros equales qui sint. a. c. ⁊. c. b. itemq; in duos inequales quorꝫ sit maior. a. d. ⁊ minor d. b. dico q̃ illud qd fit ex toto. a. d. in. d. b. cū quadrato. c. d. equale est q̃drato. c. b per premissam enim quadratū. c. b. est equale quadrato. c. d. ⁊ quadrato. d. b. ⁊ ci qd fit ex. b. d. in. c. d. bis: sed ex. b. d. ilse ⁊ i. c. d. tm̃ fit quātū i. c. b. ꝑ pmā hax: ⁊ iō quātū i. a. c. itaq; ex. b. d. in se ⁊ in. c. d. bis quātū ex ipso. b. d. i. a. d. ꝑ eādē igitur quadratū. c. b. supat id qd fit ex. b. d. in. a. d. in q̃drato. c. d. cōstat ergo propositū.

¶ Cum fuerit numerus in duo eq̃lia diuisus eiq; alius numerus adiūctus: qd fit ex ductu totius compositi in adiunctum cum quadrato medietatis equum est quadrato compositi ex dimidio ⁊ adiuncto.



¶ Idem proponit sexta secundi de lineis: Sit enī. a. b. diuisus in duos equales numeros qui sint. a. c. ⁊. c. b. addaturq; ei numerus. b. d. dico illud qd fit ex toto. a. d in. d. b. c. cū quadrato. b. esse equale quadrato. c. d. est enim ex sexta harū quadratū. c. d. equale quadrato. d. b. ⁊ q̃drato. b. c. ⁊ ci qd fit ex. d. b. in. b. c. bis: ſz per primā hax ex. b. d. in se ⁊ in. b. c. bis est q̃ntū ex: b. d. in. d. a. Sūt enī. a. c. ⁊. c. b. eq̃les. itaq; q̃dratū. c. d. supat id qd fit ex. b. d. in. d. a. in q̃drato. c. b: qd ē ꝓpositum

¶ Cū numerus in duo diuidit qd fit ex toto in se cū eo qd ex altero diuidētiū in se: ē equū ei qd ex toto in eundē bis cū eo qd ex altero i se.



¶ Idem proponit septima scōi de lineis. Sit enī numerus. a. diuisus in. b. ⁊. d. dico quadratū. a. cū quadrato. d. tm̃ esse quātum qd fit ex. a. in d. bis cum quadrato b. constat quidē ex sexta hax q̃ quadratum. a. tantū ē quantū quadratū. d. ⁊ quadratum. b. ⁊ qd fit ex. d. in. b. bis: itaq; quadratum. a. cum quadrato. d. tm̃ ē quantum qd ex. d. bis in se. ⁊ bis in. b. cum quadrato. b. sed ex. d. bis in se ⁊ bis in. b. fit quantum ex. d. bis in. a. per primam harum: ergo quod fit ex. d. bis i. a. cū quadrato. b. est quantum quadratum. a. cum quadrato. d. quare patet propositum.

¶ Cum fuerit numerus in duo diuisus eiq; equalis vni diuidentium additus: quadratum totius compositi equum est quadruplo eius qd fit ex priori in additum cum quadrato alterius.



¶ Idem proponit octaua scōi de lineis. Sit numerus. a. b. diuisus in. a. c. ⁊. c. b. cui addatur. b. d. qui ponatur equalis. c. b. dico quadratum. a. d. tantum esse quātum est id quod fit ex. a. b. in. b. d. quater cum quadrato. a. c. est nanq; per sextam hax quadratum. a. d. equum quadrato. a. b. ⁊ quadrato. b. d. ⁊ ci qd fit ex. a. b. in b. d. bis: ⁊ quia quadratum. b. d. est equale quadrato. c. b. erit quadratū. a. d. equale quadrato. a. b. ⁊ quadrato. c. b. ⁊ ci qd fit ex. a. b. in. b. d. bis: per ꝑmissam autē est quadratum. a. b. cum quadrato. c. b. quantum quadratum. a. c. cū eo quod fit

ex.a.b.in.b.c.bis:itaq; quadratum.a.d.tantũ ē quãtũ qd ex.a.b.in.b.d.bis ⁊ ex a.b.in.b.c.bis cũ quadrato.a.c.⁊ q: ex.a.b.in.b.c.tm̃ fit quantũ in. b.d. constat rex ēē quod ꝓpositum est. ¶ Cum fuerit numerus in duo equalia duo/q; inequalia diuisus: quadrata amboru; inequalium pariter accepta duplum sunt quadrato medietatis ⁊ quadrato eius quo maior portio excedit minorem pariter acceptis. ¶ Idem proponit nona scdi de lineis



Sit enim.a.b.diuisus ꝑ duos equales qui sint.a.c.⁊.c.b.⁊ ꝑ duos inequales qui sint.a.d.⁊.d.b.dico ꝙ quadrata duoꝝ numeroꝝ.a.d.⁊.d.b.pariter accepta sunt duplũ duobus quadratis duoꝝ numeroꝝ.a.c.⁊.c. d.pariter acceptis. Est eni per sextam baꝝ quadratum.a.d.quantũ quadratũ.a.c. ⁊ quadratũ.c.d.⁊ duplũ eius qd fit ex.a.c.in.c.d.q: aũt.a.c.ē equalis.c.b. erit quadratũ.a.d.quantũ quadratũ b.c.⁊ quadratũ.c.d. ⁊ duplũ eius qd fit ex.b.c.in.c.d.itaq; quadratũ.a.d. cũ quadrato.b.d.sunt quãtũ quadratũ.b.c.⁊ quadratũ.c.d.⁊ duplũ eius qd fit ex.b.c.in c.d. ⁊ quadratũ.b.d.duplũ aũt eius qd fit ex.b.c.in.c.d.cũ quadrato.b.d. ē equale quadrato.b c.⁊ quadrato.c.d.p. 9.baꝝ ergo quadrata duoꝝ numeroꝝ.a. d.et d.b.sunt quantũ quadrata duoꝝ numeroꝝ.b.c.⁊.c.d.duplicata:⁊ quia.b .c.⁊.c.a sunt equales:p; ꝓpositũ. ¶ Cum fuerit numerus in duo equa diuisus aliusq; adiunctus: quadratum totius cõpositi cum quadrato adiuncti duplum sunt ad quadratum medietatis ipsius cum quadrato compo/siti ex medietate ⁊ adiuncto. ¶ Idẽ proponit.10.scdi de lineis.Sit enim nu/merus.a.b.diuisus in duos equales.a.c.⁊.c.b.sitq; sibi adiunctus numerus.b.d. dico quadratũ.a.d.cũ quadrato.b.d.duplũ ēē ad quadratũ.a.c.cũ quadrato .c.d cũ sit eni numerus.c.d.in duo diuisus sibiq; sit.a.c.equalis vni diuidentiũ addit⁹ erit per.10.ᵗ baꝝ quadratũ.a.d.quantũ qd fit ex.c.d.in.c.a.quater cũ quadrato.b. d.q: vero.a.c.ē equalis.c.b.erit quadratũ.a.d.quãtũ qd fit ex.d.c.i.c.b.q̃ter cũ q̃ drato.b.d.itaq; quadratũ.a.d.cũ quadrato.d.b.erit quantũ qd fit ex.d.c. in.c.b quater cũ duplo quadrati.b.d.hoc aũt p.19.baꝝ duplũ ē ad q̃dratũ .c.d.cũ q̃dra to.c.b .cũ igit̃ sit q̃dratũ.c.b.equale quadrato.a. c.cõstat ꝓpositum. ¶ Nu/merum aliquem ita diuidere ut qd ex toto ⁊ vna eius portione cõtine tur equum sit quadrato alterius est impossibile. ¶ Qd.11.secundi pro/ponit faciendum in lineis.demonstrat hoc impossibile esse in numeris. Sit enim quilibet numerus.a.b.dico impossibile esse ipsũ sic diuidi ut proponitur:sic eni di uideret̃ ꝑm proportionẽ hab ntem medium ⁊ duo extrema:ut patet ex diffinitiõe ⁊.20.septimi.Si autem potest diuidatur in.c.sitq;.a.b.ad.b.c. sicut. b.c.ad .c.a.



erit itaq;.a.c.minor.c.b.detrahatur igitur ab eo equalis sibi qui sit. c.d q: igitur est proportio totius.a.b.ad totum.b.c.sicut.b.c detracti ab.a.b. ad.c. d. detra/ctum ab.b.c.erit eadem .a.c .residui.a.b.ad.b.d.residuum.b.c.quare .b.c. ad.c. d.sicut.c.d.ad.d.b.erit igitur.c.d.maior.d.b.detracto itaq;.d.e.de.c.d.ut sit.d. e.eq̃lis.d.b.erit etiã ꝓportio.b.c.ad.c.d.sic.c.d.ad.d.e. q̃re sic.d.b.residui.c.b. ad.c.e.residuũ.c.d.põt igit̃.c.e.detrahi ab.e.d.nõ erit itaq; finis isti⁹ detractiõis



qd ē ipossibile.Nũc ad ꝓpositũ reuertamur. Propositio .17.

I fuerint duo numeri ꝓtra se primi quãtus ē primus eoꝝ ad scõm:tantũ esse scõm ad tertium quĕq; impossibile est. ¶ Sint.a.⁊.b.contra se primi: dico impossibile esse aliquẽ eis in con tinua ꝓportionalitate adiungi.Si eni; põt sit.c.q: igit̃.a.ad.b.sicut



b.ad.c.sunt aũt.a.z.b.in sua proportione minimi per .23.septimi: sequitur p.21. eiusdem ut.a.numeret.b.qui cum etiaz numeret se: non erunt.a.z.b.contra se primi:quod est contrarium poni.

Propositio .18.

Si quotlibet numeroꝝ cõtinue ꝓportionalium duo extrema fuerint cõtra se primi quantꝰ est primus ad scõm tantũ esse vltimum ad aliquem alium est impossibile.



Sint.a.b.c.cõtinue proportionales.sintqz.a.z.c.contra se primi dico ꝙ in eadẽ proportione non potest eis adiũgi alius. si eni potest sit.d.quia igitur ẽ.a.ad.b.sicut.c.ad.d.erit permutati.a.ad.c.sicut. b. ad.d. sunt autẽ.a.z.c.in sua ꝓportione minimi per.23.septimi itaqz p.21.eiusdem.a. numerat.b.quare etiam numerat.c.numeroꝝ enim continue proportionalium:si primꝰ numerat scõm: ipse numerat omnes z simpliciter quilibet precedẽs quẽlibet sequẽtem.at qz etiam numerat se:non erunt.a.z.c.cõtra se primi: qõ est inconueniens.

Propositio .19.

Propositis duobus numeris an sit eis tertius cõtinue proportionalis perscrutari.



Sint.a.z.b. duo numeri propositi: volo inquirere an eis possit tertius sub continua proportionalitate adiũgi. Igitur si ipsi sunt cõtra se primi impossibile est per.17.si vero cõpositi ducatur.b.i se.z proueniat.c.quẽ si.a.numerat erit.si vero nõ numerat non erit.Numeret enim eũ ꝑm d.qui erit quẽ querimus per.2.partem.20.septimi. sit ergo ut no n numeret eum est tamen ut.a.ad.b.sicut.b.ad.d.itaqz qz ex.b.in se fit.c.sequitur per primã partem.20.septimi.ut ex.a.in.d.fit idẽ.igiꝯ.a.numerat.c.ꝑm.d. sed erat positũ ꝙ nõ quare sequiꝯ impossibile.

Propositio .20.

Datis tribus numeris cõtinue proportionalibus an sit aliquis quartus eis continue proportionalis inquirere.



Sint cõtinue proportiõales.a.b.c.volo inquirere an alius eis sub continua proportionalitate possit adiungi.igitur si.a.z.c.sunt ꝓtra se primi impossibile est per.18.si aũt cõpositus.fit.d.qui prouenit ex b.in.c.quẽ si numerat.a.erit.si vero nõ numerat nõ erit.numeret enim eum ꝑm.c qui erit quẽ querimus:per scõam partem.20.septimi.sit ergo ut nõ n meret eum. est tamen ut.a.ad.b.sicut.c.ad.e.itaqz qz ex.b.in.c.fit.d.sequitur per primã ꝑtem 20.septimi.vt ex.a.in.e.fit idem.ergo.a.numerat.d.ꝑm.e.sed positũ erat ꝙ non: Idẽ potes perscrutari quotlibet cõtinue proportionalibus propositis.si enim duo extremi sint cõtra se primi finem habet intentio per.18.si autem compositi: ducto scõo in vltimũ si productum numeret primus:is scõm quẽ eũ numerat est quẽ querimus per scõam ꝑtẽ.20.sep.si aũt primꝰ ꝓductũ nõ numerat nullꝰ erit: quotlibet eni posito ꝑ primã ꝑtẽ eiusdẽ ꝑm ipsũ positũ.numerabit primꝰ ꝓductũ: qõ positũ erat nõ numerare.

Propositio .21.

Datis quotlibet numeris primus aliquẽ primũ ab eis diuersum esse necesse est.

Nihil aliud intendiꝯ nisi ꝙ numeri primi sint infiniti demonstrare Sint eni.a.b.c.numeri primi.dico esse aliquẽ primũ diuersuz ab eis sit quidẽ.d.f.minimus quẽ numerãt cui addita vnitate fiat.d.g.qui

est primus aut compositus. si primus constat ꝓpositum. si compositus numerat eū aliquis primus qui sit. b. quē non est possibile esse aliquē ex primis ꝓpositis. si enī esset aliquis eorū cū quilibet ipsorū numeret. d. f. ipse quoqz numeraret eundē: at qz numerat. d. g. oporteret ipsuz numerare. f. g. qui est vnitas qōrest impossibile Idē sequitur posito. d. f. quolibet numero quē numerant. a. b. c. q̄re ꝓstat ꝓpositū



Propositio .22.

SI coaceruentur quotlibet numeri pares: totus quoqz ab eis coaceruatus erit par.

¶ Sit quisqz numerorū. a. b. c. par: dico ex eis cōpositū eē parem. habet enī ex cōuersione diffinitionis quisqz eorū medietatē. sint ergo eorum medietates. d. e. f. qz igitur sicut. a. ad. d. sic. b. ad. e. et. c. ad. f. erit ex. 13. septimi sicut. a. ad. d. itaqz tot⁹. a. b. c. ad totum. d. e. f. itaqz. d. e. f. est medietas. a. b. c. ergo per diffinitionem. a. b. c. est par: quod est propositum.



Propositio .23.

SI numeri impares numero pares coaceruent: totus quoqz ex eis coaceruatus erit par.

¶ Sit quilibet numerorū. a. b. c. d. impar: dico ex eis compositum esse parem: dempta enim a quolibet vnitate cōstat residuos esse pares: et qz ille vnitates dempte cōponūt parē. cū sint numero pares: constat propositum per premissam.

Propositio .24.

SI numeri impares numero impares coaceruentur: totum quoqz ex eis coaceruatum imparem esse.

¶ Sit quilibet numerorū. a. b. c. impar: dico totū ex eis cōpositū esse imparem. erit enī per p̄missam cōpositus ex. a. et. b. par: et qz. c. dempta vnitate est par erit per ante premissā totus. a. b. c. dempta vnitate par: per diffinitionem itaqz constat totum esse imparem.



Propositio .25.

SI a numero pari numerus par detrahat reliquus erit par

¶ Sit totus. a. par a quo detrahat. b. qui quoqz sit par: et residu⁹ sit c. dico. c. esse parē. sit enī. d. medietas. a. e. quoqz sit medietas. b. deractoqz. e. de. d. sit reliquus. f. erit p. 13. septimi. c. ad. f. sicut. a. ad. d. quare. f. ē medietas. itaqz. c. est par: qō est propositum.



Propositio .26.

SI a numero impari detrahat impar reliquus erit par.

¶ Sit. a. b. numer⁹ impar a quo detrahat. b. c. qui etiā sit impar: dico reliquum qui est. a. c. esse parē: detrahatur enī ab vtroqz duorum numerorū. a. b. et. b. c. vnitas q̄ sit. b. d. eritqz vterqz duorū residuorū q̄ sūt. a. d. et. d. c. par. p p̄missā itaqz constat. a. c. eē parē: qō ē ꝓpositū.



Propositio .27.

SI a numero impari numerū parē subtrahas qui relinquitur impar est.

¶ Sit. a. b. impar: a quo detrahatur. a. c. qui sit par: dico. c. b. residuū eē imparē. sit enī. b. d. vnitas: eritqz. a. d. par et qz. a. c. ē par erit p. 25 c. d. par cū itaqz sit. d. b. vnitas erit. c. b. impar: qō est propositum.



Propositio .28.



Si de numero pari impare tollas qui relinquit impar est.

¶ Sit.a.b.par a quo tollat.a.c.qui sit impar:dico.c.b.residuuz esse imparē:subtrahatur enim ab.a.c.vnitas quc sit.c.d.eritqz.a. d.par itaqz per.25.d.b.quoqz erit par.qz igit.d.c.est vnitas sequit.c.b.esse imparē:qd ē ppositū. Propositio .29.

Si numerus impar in numerū parem ducatur qui inde producetur erit par.

¶ Ex.23.manifestum est quod dicitur.

Propositio .30.

Si in imparem ducatur impar qui producetur erit impar.

¶ Hec quoqz ex.24.manifesta est.

Propositio .31.

Si numer⁹ impar numerum parem numeret :numero pari eum numerabit.

¶ Si enī numero ipari eū numeraret ex ipari i imparē fieret par:qd ē incōueniēs p pmissā. Propositio .32.

Si impar imparē numeret impariter eum numerat.

¶ Si enī pariter eū numeraret ex numero impari i numex parē fieret impar qd ē incōueniēs p.29. Propositio .33.



Si numerus impar numerum parem metiatur eiusdē quoqz dimidium ipsum metiri necesse est.

¶ Sit.a.numer⁹ par cuius dimidiū.b.sitqz.c.numer⁹ impar qui numeret.a.dico q.c.numerabit.b.numeret enī.a.fm.d.eritqz p.31.d. numerus par.Esto igit eius dimidiū.e.ducaturqz.c.in.c.z pueniat f.eritqz p.18.sep.a.ad.f.sicut.d.ad.c.z qz etiā est a.ad.b.sicut.d.ad.c. sequit.b.z f.esse equales.cū itaqz.c.numeret.f.idē numerabit.b.quod est propositum.

Propositio .34.



Si numerus impar ad aliquē fuerit primus:idem ad eiusdē duplum erit primus.

¶ Sit.a.numerus impar primus ad.b.cuius duplū sit.c. dico q.a. ē primus ad.c.sin autem numeret eos.d.cūqz.a.sit impar sequit.d. esse imparē:quicūqz enī iparē numerat impar est p premissam itaqz d.numerabit.b.non sunt igitur.a.z.b.contra se primi :qd est contra ypothesi.

Propositio .35.



Numeri a duobus dupli sunt pariter pares tantum.

¶ Sint vnitas.a.b.c.d.cōtinue pportiōales.sitqz.a.binarius: dico oēs eos eē pariter pares eisqz fm hanc pportionē in infinitū auctis nullū aliū eē parit parē: de his quidē constat p diffinitionē cū p.12. quilibet pcedens numeret quēlibet sequētē p aliquē coz.quos omnes oportet esse pares:z nullus alius numeret aliquē coz per.13.eo q.a.qui ē binar⁹ vnitatē sequēs ē prim⁹. Qd aūt null⁹ ali⁹ ab his sit pariter par ostat:sic posito enī aliquo diuidat i duas medietates eiusqz medietas i duas: z hoc totiēs fiat quousqz numer⁹ aut vnitas diuisionē ipediat qd necesse ē euenire p vltimā petitionē.si vero numer⁹ hāc ꝓhibeat ipse erit ipar q cū numeret piter parē positū nō erat pit par q posit⁹ ē piter par.si aūt vnitas nō erit.15. ali⁹ a cōtinue duplis ab vnitate.

Propositio .36.

NUmerus cuius medietas est impar est pariter impar.

¶ Sit.a.numerus cuius medietas que sit .b .sit impar dico. a.esse pariter imparé.sit enim.c.binari⁹ manifestũ itaqꝫ qm̃ ex.c.in.b.fit.a. sit aũt.d.quilibet numerus par numerãs.a. qui numeret eũ scõm.c eritqꝫ p scõam ptẽ.20.septimi.c.ad.b .sicut.c.ad.d.igit̃.e .numerat b.nã qꝛ.c.numerat.d.erit itaqꝫ.c.numerus impar.erat enim ꝛ.b.p diffinitionẽ igit̃ a.est pariter impar.



Propositio .37.

ODnis numerus a duobus nõ duplus cuius medietas est par est pariter par ꝛ impariter.

¶ Sit numer⁹.a. nõ duplus a duobus cuius medietas que sit .b.po natur par.dico ipsũ esse pariter paré ꝛ ipariter.sit enim.c.binarius de quo manifestũ é ꝙ ipse numerat.a.fm.b.qꝛ vero.a.nõ est duplus a duobus:necesse é si eius medietas que é.b.in alias duas medietates diuidat:me/ dietatisqꝫ medietas in alias duas vt tandẽ occurrat numerus impediẽs diuisionẽ qui ꝓpter hoc ꝙ diuisionẽ nõ recipit erit impar.sitqꝫ is in quo sistit diuisio.d. in numero q̃ppe necesse é stari qꝛ sivsqꝫ ad vnitatẽ pueniret diuisio eẽt.a de numeris duplis a binario de quibus nõ é:de.d.vero manifestũ é ꝙ ipse numerat.a.p hanc cõem sciam:oꝫ numerus numerãs aliũ numerat omnẽ numeratũ ab illo.Nume/ ret ergo cũ fm.c.eritqꝫ.e.par.Alioquin.cũ.d.sit maiꝛ impar sequeret̃ p.30.a.eẽ imparé:qꝛ igit̃.b.numerus par numerat.a.fm.c.qui quoqꝫ é par est enim binarius At vero.c.numer⁹ par numerat eãdẽ fm.d.q̃ é impar.ꝓstat ex diffinitiõe numeꝛ a.eẽ piter paré ꝛ impiter:qõ é ꝓpositũ.

Propositio .38.

SI de scõo atqꝫ vltimo numeroꝝ cõtinue ꝓportionalium equale primi dematur quantũ é reliquuꝫ scõi ad primum tm̃ eẽ reliquũ vltimi ad coaceruatum ex cũctis preceden tibus necessario comprobatur.

¶ Sint ꝓtinue ꝓportionales.a.b.c.d.e.f.g.h.demat̃qꝫ.de.c.d.eq̃/ lis.a.b.qui sit.c.k.ꝛ de.g.h.qui sit.g.l.dico tũc ꝙ ꝓportio.k.d.ad.a.b. é sicut.l.h ad cõpositũ ex.e.f.c.d.ꝛ.a.b.sumat̃ ex.g.h.equalis.e.f.qui sit.g.m. ꝛ eq̃lis.c.d.q̃ sit.g.a.eritqꝫ.l.n.eq̃lis.k.d.manifestũ aũt é p.12.sep.ꝙ cũ sit.g.h.ad. g.m. sicut g.n.ad.g.n.erit.h.m. residuũ ad .m.n.residuũ sint.g.h.ad.g.m.ideoqꝫ sicut.e.f. ad.c.d.sili quoqꝫ mõ erit.m.n.ad.l.n.sicut.c.d.ad.a.b.ꝑmutatim igit̃ erit. h.m. ad.e.f.ꝛ.m.n.ad.c.d.sicut.n.l.ad.a.b.itaqꝫ cõiuncti p.13.sep.erit.l.h. cõpositus ex.h.m.m.n.ꝛ.l.n.ad cõpositũ ex.e.f.c.d.ꝛ.a.b.sicut.l.n.ad.a.b. ideoqꝫ sicut.k. d.ad.a.b.qõ est propositum.



Propositio .39.

CUm coaptati fuerint numeri ab vnitate cõtinue dupli qui cõiuncti faciãt numerũ primũ extremus eoꝝ in aggrega/ tum ex eis ductus producit numerum perfectum.

¶ Sint ab vnitate ꝓtinue dupli.a.b.c.d.ex eis aũt ꝛ vnitate coacer/ uatus sit.e.qui ponat̃ eẽ numer⁹ prim⁹ in quẽ.e.multiplicet̃.d.ꝛ pro/ ueniat.f.g.dico.f.g.eẽ numeꝝ pfectũ. Sumãt̃ igit̃.b.k.l.ꝓtinue dupli ad.e.ut tot sint.e.b.k.l.quot sint cõtinue dupli ad vnitatẽ sumpti.eritqꝫ p equã ꝓportionali tatẽ.l.ad.e.sicut.d.ad.a.quare p primã ptẽ.20.sep.ex.a. in.l.pueniet.f.g. Nã ipse f.g.pueniet ex.d.in.e.ꝛ qꝛ.a.é binari⁹ é.f.g.duplus ad.l.sunt igit̃. e.b.k. l.ꝛ.f.g.



cõtinue ꝓportionales: demaꝗ igiꝗ ex.b. equalis.e.qui sit .m.b.ꝛ residuus.b. n.q̃ erit etiã eq̃lis.e.itẽq3 ex.f.g.demaꝗ cidẽ equalis qui sit.f.n.eritq3 ꝑ ꝑmissam.n.g. quãtũ aggregatũ ex.e.ꝛ.b.ꝛ.k.ꝛ.l.sed ꝛ.f.n.cũ sit equalis.c.ẽ quãtũ aggregatum ex.a.ꝛ.b.ꝛ.c.ꝛ.d.ꝛ vnitate.itẽq3 totus.f.g.ẽ quantus aggregat⁹ ex oĩbus bis sc3 a.b.c.d.ꝛ vnitate ꝛ illis.e.b.k.l.de quibus oĩbus manifestũ ẽ ꝙ numerãt cũ sc3.f. g.e.quidẽ ꝑm.b.ꝛ.b.ꝑm.k.qd̃ ex p̃ma ꝑte.20.sep.Quincꝗ adiuuãte equa ꝓportio/ tionalitate sicubi opus fuerit. Est enim ut.d.ad.c.sic.b.ad.e.ꝛ ut.d.ad.b.sic.k.ad .e.ꝑ equam ꝓportionalitatẽ: quare ꝛ ex.c.in.b.ꝛ ex.b.in.k.necesse ẽ ꝓuenire.f.g. quẽ dudũ ꝓduxerat.d.in.e.si igiꝗ nullus alius ab his numerat.f.g.i ꝑse erit ꝑ dif/ finitionez numerus ꝑfectus. ¶ Quod autem nullus alius eum numeret sic patet si eni hoc possibile ẽ sit.p.qui numeret eũ ꝑm.q.eritq3 ꝑ.33.sep.vt.e. numeret alterꝫ eorꝫ ponaꝗq3 ꝙ numeret.p.ꝛ qꝛ ꝑ scõam ꝑtẽ.20.sep.ẽ.q.ad.d.sicut e.ad.p.seqnꝗ ut.q.numeret.d.quare cũ.a.qui sequꝗ vnitatẽ sit primus ẽ eni binari⁹ erit.q.ꝑ.13 huius aut.a.aut .b.aut.c.quicunq3 aũt horꝫ fuerit erit.p.aut.l.aut.k.aut.b.si eni q.fuerit.a. constat ꝙ p.erit.l.qd̃ fit fuerit.b.p.erit.k.si aũt.c.p.quoq3 erit.b.non ẽ igiꝗ.p.diuersus ab illis vt fuerat positũ: relinquitur ergo ꝙ.f.g.sit numerus per/ fectus quod erat demonstrandum. ¶ Explicit liber Nonus Incipit liber Decimus

Quantitates quib⁹ fuerit vna quantitas cõis eas numerãs: dicẽtꝗ cõicãtes. quib⁹ vero nõ fuerit vna cõis q̃ntitas eas numerãs dicẽtꝗ i/ cõmẽsurabiles. Linee i potẽtia cõicãtes di/ cuntꝗ quarꝫ supficies q̃dratas vna cõis supfici es nũerat. Linee icõmẽsurabiles i potẽtia di cuntꝗ quarꝫ supficies q̃dratas nõ numerat vna cõis supficies: q̃ cũ ita sint manifestũ ẽ qꝛ oĩ linee posite multe alie sũt incõmẽsurabiles. q̃dã i longitudie tm̃. q̃dã i lõgitudine ꝛ potẽ tia. Dis aũt linea cũ q̃ rõcinamur posita vo cetꝗ rõnalis. Lineeq3 ei cõicãtes dicũtꝗ rõnales: Eidẽ aũt icõicãtes di cũtꝗ irrõnales siue surde. Dis vero q̃drata supficiel de q̃ ꝑ ypotesi rõci namur dicitꝗ rõnalis. Supficies vero ei cõicãtes dicũtꝗ rõnales. Eidẽ autem icommensurabiles superficies dicũtur irrationales siue surde Latera vero q̃ in illas q̃dratas possũt dicũtꝗ rõnalia. ¶ Quãlibz quã/ titatẽ totiẽs posse multiplicari vt quãlibet eiusdẽ generis quãtitatem positam excedat.

Propositio .i.



Si a duabus quãtitatibus inequalibus ꝓpositis maius di midio a maiori detrahat. itẽq3 de reliquo maius dimidio demaꝗ deinceps quoq3 eodẽ mõ: necesse ẽ vt tandẽ mino re positarꝫ minorquãtitas relinquat. ¶ Sint duc quan/ titates inequales.a.ꝛ.b.c.b.c.maior. dico ꝙ totiẽs pot maius dimi dio detrahi a.b.c.vel eius residuo ꝙ necesse erit relinqui quantitatẽ minorem.a. multiplicetꝗ eni.a.quotiẽs excedat.b.c.sitq3 eius multiplex.d.e.f.maius.b.c.detra batur itaq3.a.b.c.maius dimidio ꝙ sit.b.g.itẽq3 ex residuo qd̃ est.g. c.maiꝰ dimi dio qd̃ sit.g .b.hoc quoq3 toticns fiat quousq3.b.c.diuisa fiunt in tot ꝑtes quotiẽs a ꝓtinet in.d.e.f.dico tunc ꝙ vltimũ residuũ vt est hic.b.c.est minꝰ.a. multiplicet

namq3.b.c.quotiens ē multiplicata.a.ī.d.e.f.ſitq3 eius multiplex.k.l.m.q2 igitur vnaqueq3 quātitatū.k.l.m.ē equalis.b.c.ſequiť ut ꝛ.k.ſit minoꝛ.b.g.ſed ꝛ.l.minoꝛ g.b.at qꝛ.m.ē equalis.b.c.erit ꝑ cōceptionē.k.l.m.minoꝛ.b.c.quare minoꝛ. d.e.f cū ſit ergo.d.e.f.ad .a.ſicut.k .l.m.ad.b. c.ſitq3.d.e.f.maioꝛ.k.l.m. ſequiť ꝑ.14. quinti q̃.a.ſit maioꝛ.b.e.qō ē propoſitū. Idēq3 ſequiť ſi de.a.maioꝛi dimidiū de mať.itēq3 de reliquo dimidiū: ſitq3 totiens quouſq3 maioꝛ diuidať in tot partes quotiens cōtineť minoꝛ in quolibet ſuo multiplice:maioꝛē poſitaꝫ quātūlibet excedente. ¶Attendere aūt oportet q̃ huic videť.15.tertij ꝗdicere ꝓponēs angulū contingentie minoꝛē foꝛe quolibet angulo a duabus lineis rectis cōtento : poſito enim angulo quolibꝫ rectilineo:ſi ab ipſo maius dimidio demať.itēq3 de reſiduo maius dimidio : neceſſe videť hoc totiens poſſe fieri quouſq3 angulus rectilineus minoꝛ angulo cōtingentie relinquať:cuius oppoſitū.15.tertij ſyllogizat:ſed hi nō ſūt vniuoce anguli:nō enī eiuſdē ſunt generis ſimplīr curuū ꝛ rectū. At vero nec angulum contingentie totiens cōtingit ſumi ut qualēcūq3 rectilineū excedat: qō neceſſariū ē ut ex prehabita demōſtratione p3:ad hoc ut ꝗns ex antecedente ſequať:planū ſ ē etiā quēlibet angulū rectilineū infinitis angulis contingētie eſſe maioꝛem.

Propoſitio .2.

Si fuerint due quantitates inequales detrahať q3 maioꝛi equale minoꝛi donec minus eo ſupſit: ac deinde minoꝛi ipſius reliqui equale demať donec minus eo relinquatur denuo quoq3 reliquo primo eq̃le reliqui ſcōi donec minus eo ſupſit auferať:ꝛ in huiuſmodi cōtinua detractione nullū reliquū qō ante relictū numeret:inueniať:eas duas quātitates. incōmenſurabiles eſſe neceſſe eſt. ¶Simile huic ꝓpoſuit prima ſeptimi ī numeris.Sint due quātitates inequales.a.ꝛ.b.maioꝛ.a.quibus ſi fiat reciproca quoad pōt detractio:nō occurrat etiā ſi infinities fiat aliq̃ q̃ntitas detractiōēq3 ipediēs ſiue ante relictū numerās dico eas incōmēſurabiles eſſe.Sin aūt ſit cōis eaꝫ menſura.c.detrahať igiť.b.ex a.quotiēs pōt.ſitq3 reſiduū d.qō reſiduū detrahať ex.b.quotiens pōt ꝛ ſit reſiduū.e. Fiatq3 totiens iſta detractio quouſq3 ex alterutra duaꝫ quantitatū.a.ꝛ.b.remaneat minus.c.hoc enī neceſſe eſt eſſe poſſibile ꝑ ꝑcedentē.Siq3 hic.e.minus.c.cū igiť.c.mēſuret.b.detractā ab.a.ꝛ etiā.a.menſurabit per cōceptionē.d.reſiduū.ideoq3 cū menſuret.d.detractū.a.b.ꝛ etiā ipſū.b. menſurabit.e.reſiduū.ſed erat.e.minus.c.maioꝛ:ergo quantitas menſurat minoꝛem.qō eſt impoſſibile.

Propoſitio .3.

Propoſitis duabus quantitatibus inequalib⁹ cōicantibus maximā quantitatē cōiter eas numerantē inuenire. Ex hoc itaq3 manifeſtum eſt :que duas metitur quantitates maximam quoq3 cōmuniter ambas metientem metiri. ¶Huius demonſtrationem ſi ſcōam ſeptimi non ignoꝛas nō potes ignoꝛare: ꝓceſſus enī vtrobiq3 idem.

Propoſitio .4.

Propoſitis tribus quantitatibus communicantibus maximam eas cōmuniter numerantem inuenire.
¶Hec ex tertia ſeptimi ſic patet ſicut premiſſa ex ſecunda ſeptimi.

Propoſitio .5.





Omnium duarum quantitatum cõmunicantium est ꝓportio tanq̃z numeri ad numerum.

¶ Sint due quãtitates.a.ꝛ.b.cõmunicantes:dico ꝙ earum ꝓportio est sicut alicuius numeri ad aliũ numeꝝ.sit eni.c.maxima quantitas cõmuniter mensurans.a.ꝛ.b.reperta ut docet scda huius:que mensuret.a.ꝑm numeꝝ.d.ꝛ.b.ꝑm numerũ.c.eritq̃z.a.ad.c.vt.d.ad vnitatẽ:eo ꝙ sicut a.est multiplex.c.ita.d.ẽ multiplex vnitatis.ac.c.ad.b.vt vnitas ad.c.qm̃ sicut.c. ẽ submultiplex.b.ita vnitas ẽ sub multiplex.c.igitur per equã ꝓportionalitatem. a.ad.b.ut.d.ad.c.quod est propositum.

Propositio .6.



Si fuerint due quantitates quaꝝ sit proportio vnius ad alterã tanq̃z numeri ad numeꝝ:eas duas cõmunicantes esse necesse est.

¶ Hec est conuersa prioris ut si sit.a.ad.b.sicut numerus.c.ad numerum.d.erunt due quantitates.a:ꝛ.b.ꝓmunicantes.sit eni.c.totiens mensurans.b.quotiẽs est vnitas in.d.ꝛ totiens mensurans.f.quotiens vnitas in c. Cum sit igitur.f.ad.c.ut.c.ad vnitatẽ.ac.c.ad.b.vt vnitas ad.d. erit ꝑ equam ꝓportionalitatẽ.f.ad.b.ut.c.ad.d.quare etiã ut.a.ad.b.igit̃ per primã partem.9. quinti.f.est equalis.a.cũ itaq̃z.c.mensuret.f.per conceptionẽ mensurabit.a.igitur a.ꝛ.b.cõicantes:mẽsurabat eni ꝛ.b.quod est propositum.

Propositio .7.



Omnium duarum superficierũ quadrataꝝ quaꝝ latera in longitudine cõmunicant est proportio vnius ad alteram tanquã numeri quadrati ad numerũ quadratum. Si vero fuerit proportio superficiei quadrate ad superficiem quadratam:tanquã proportio numeri quadrati ad numerũ quadratũ: erunt latera earũ in longitudine communicantia . Qõ si fuerit ꝓportio superficiei quadrate ad superficiem quadratã:non velut numeri quadrati ad numerum quadratum:latera earum erunt in longitudine incõmensurabilia.

¶ Sint.a.ꝛ.b.due lince quadrate quaꝝ quadrata sint.c.ꝛ.d.dico ꝙ si.a.ꝛ. b.communicant in longitudine erit ꝓportio.c.ad.d.sicut numeri quadrati ad numerum quadratũ ꝛ ecõuerso:si aũt ꝓportio.c.ad.d.nõ sit sicut numeri quadrati ad numerũ quadratũ.a.ꝛ.b.erũt incõmẽsurabiles in longitudine ꝛ ecõuerso. Verũtã istud argumẽtũ quartũ nõ proponit: Primũ ꝑ sic.si.a.ꝛ.b.cõmunicant i longitudine ipse per.5.erunt in proportione duoꝝ numeroꝝ qui sint.e.ꝛ.f.quoꝝ quadrati sint g.ꝛ.h.qꝛ ergo ẽ.c.ad.d.sicut.a.ad.b.duplicata per.18.sexti :sequit̃ ut sit etiam.c. ad.d.sicut.e.ad.f.duplicata.sed etiã ẽ per. 11.octani.g.ad.h.ut.e.ad.f. duplicata ergo.c.ad.d.sicut.g.ad.h.qõ ẽ primũ.Scõm sic:sit.c.ad.d.sicut.g.numerus quadratus ad.b.numeꝝ quadratũ:dico ꝙ.a.ꝛ.b.erunt in longitudine cõicantes. Cũ enim sit.c.ad.d.ut.a.ad.b.duplicata ꝑ.18.sexti.ꝛ.g.ad.h.ꝑ.11. octaui ut.e. ad.f. duplicata:quare ꝛ simpla.a.ad.b.sicut simpla.e.ad.f.ꝑ.6.igitur sunt .a.ꝛ.b.cõicãtes qõ est scõm. Tertiũ vero ꝑ ex primo a destructione cõsequentis. Sil'r quartũ patet ex scõo a destructione ꝓãtis. ¶ Ex tertia ꝑte hui⁹ nota diametꝝ ẽe incõmensurabilẽ coste.Cũ eni sit q̃dratũ diametꝝ duplũ q̃drato coste:dupla vero ꝓportio

nō sit sicut numerorꝫ q̄dratorꝫ: seq̄t diametrꝫ ee incōmensurabilē coste ī lōgitudine Alioquin cū quaternarius sit numerus quadratus essent oēs pariter pares q̄drati ⁊ etiā alij infiniti qui nō sunt quadrati. Ducit aūt Arꝫ. ad istud inconueniens si diameter ponatur cōmensurabilis coste ꝙ impar numerus erit equalis pari: quod sic patet. Sit enim diameter. a. b. conmensurabilis lateri. a. c. eritq3 per. 5. a. b. ad a. c. sicut aliquis numerus ad aliuz. Sint ergo hij numeri. e. ⁊. f. qui sint minimi in sua proportione: eritq3 ob hoc alter eorꝫ impar. Si enī vterq3 par: nō erūt minimi: quadrati quoq3 eorꝫ sint. g. ⁊. h. si ergo. e. ē ipar: erit quoq3 ex. 30. noni. g. ipar sit itaq3. k. duplus ad. h. eritq3. k. ex diffinitione par. qr igitur. a. b. ad. a. c. ut. e. ad f. erit per. 8. sexti ⁊. 11. octaui quadratū. a. b. ad quadratū. a. c. ut. g. ad. h. ē itaq3. g. duplus ad. h. sic enim est quadratū. a. b. ad quadratū. a. c. ꝑ penultimā primi: ⁊ qr etiam. k. est duplus ad. h. sequitur per. 9. quinti ut. g. numerus impar sit eq̄lis. k. numero pari. Qd̄ si. e. sit par ⁊. f. impar: erit ꝓportio. f. ad dimidiū. e. qd̄ sit. l. sicut. a. c. ad dimidiū. a. b. qd̄ sit. a. d. ⁊ ideo erit proportio quadrati. a. c. ad quadratum. a. d. sicut proportio numeri. h. qui est impar per. 30. noni ad quadratum numeri. l. qui sit. m. cui. k. ponatur ē duplus: eritq3. k. per diffinitionem par. At qr quadratū. a. c. ē duplū ad quadratū. a. d. per penultimā primi erit. h. duplꝰ ad m. cūq3. k. sit etiā duplus ad. m. erit per. 9. quinti numerus impar. h. equalis. k. numero pari qd̄ ē propositū.



Propositio .8.

SI fuerint due quantitates vni quantitati cōicantes: ipsas quoq3 inuicem cōmensurabiles esse necesse est.

Sit vtraq3 duarꝫ quantitatū. a. ⁊. b. cōicans quantitati. c. dico. a. ⁊ b. esse cōmensurabiles: est enim per. 5. a. ad. c. sicut numerus ad numerꝫ: similiter quoq3 per eandē, c. ad. b. sicut numerus ad numerum Sit itaq3 numerus. d. ad numerū. c. sicut. a. ad. c. numerusq3. f. ad numerum. g. sicut. c. ad. b. At proportiones que sunt. d. ad. e. ⁊. f. ad. g. continentur in tribus terminis qui sunt. h. k. l. ut docet. 4. octaui: eritq3 per equā proportionalitatē. a. ad. b sicut. h. numerus ad. l. numerꝫ: per. 6. igitur sunt. a. ⁊. b. cōicantes qd̄ est ꝓpositū.



Ex hac quoq3 sequitur ꝙ si fuerint due quātitates sibi inuicē cōicantes: cuicūq3 vna earum communicat ⁊ reliqua: ⁊ cuicunq3 vna nō cōmunicat nec reliqua. Sint enim due quantitates. a. ⁊. b. cōmunicantes: ponaturq3 quelibet quantitas que sit c. cum qua cōmunicet. a. dico ꝙ. b. cōmunicabit cum eadem: qd̄ ex hac octaua patet cum vtraq3 earum cōmunicet cum. a. ex ypothesi. Qd̄ si itemꝫ. a. ⁊. b. sint cōmunicātes ut prius: ponatur. c. quelibet quātitas cum qua non cōmunicet. a. dico ꝙ. b. nō communicabit cum eadem. si enim. c. cōmunicaret cum. b. cum. a. quoq3 ꝑ ypoth. communicet cum eodem. b. essent per hanc octauam. a. ⁊. c. communicantes. sed positum erant ꝙ non essent: quare constat quod diximus.

Propositio .9.

SI fuerint due quantitates cōicantes: totum quoq3 ex eis confectum vtriq3 earꝫ: erit cōmunicans. Si vero fuerit totum vtriq3 cōmensurabile erūt ambe cōmensurabiles.

Sint due quātitates. a. ⁊. b. cōmensurabiles: dico totum ex eis cōpositum quod sit. c. vtriq3 earum esse commensurabile ⁊ cconuerso. Adhuc quoq3 si totum ex eis compositum vni earum communicet. dico ꝙ communicabit alteri: ⁊ ipse similiter inter se. Idem quoq3 in contrario. si enim. a. ⁊



b.ſint incõicantes:dico q̃.c. vtriq3 earum erit incõmunicans ⁊ ecõuerſo :ac ſi.c.al teri earum ſit incõmunicans:erit quoq3 incõmunicans ⁊ alteri:⁊ ipſe etiã inter ſe. Sint itaq3 primum.a.⁊.b.cõmu icantes:ſitq3 earum cõmunis menſura.d.qui cũ vtrãq3 eaꝝ numeret per cõceptionẽ ſimilẽ antepenultime numerabit.⁊.c.quare p diffinitionẽ.c.cõicabit vtriq3 eaꝝ.ſc3.a.⁊.b.Ecõuerſo quoq3 ſi.c.cõmunicet vtriq3 earum.ſit oim cõis menſura.d.cõſtat itaq3 per diffinitionẽ.a.⁊.b. cõmunicantes eſſe ſed cõmunicet.c.cũ altera earum que ſit.a.dico q̃ cõmunicabit cũ.b.⁊.a .etiã ⁊.b.communicabunt adinuicem.ſit enim.d.communiter menſurans. c.⁊.a. quia igitur.d.menſurat totum ⁊ detractum per conceptionem ipſa menſurabit reſidu/ um videlicet.b.per diffinitionem ergo ⁊ .c.communicat cum. b.⁊.a.communicat quoq3 cum.b. Si autẽ a. ⁊.b.ſint incommunicantes erit .c.incommunicans vtri q3 earum:ſi enim cum vtraq3 ſeu etiam cum altera earum communicaret ⁊ ipſe cõ municarẽt adinuicem: quod eſt contra ypotheſiꝫ Similiter quoq3 econuerſo ſi.c.ẽ incommunicans vtriq3 earum ſeu etiam alteri earum:erit quoq3 incommunicans relique:⁊ ipſe inter ſe:qõ palam eſt ex predemonſtratis a deſtructiõe conſequẽtis.

Propoſitio .10.

Omnium quatuor quantitatum proportionalium ſi fuerit prima communicãs ſecunde: tertia quoq3 erit communi/ cans quarte. Si vero prima incõmenſurabilis fuerit ſecũ de:tertia quoq3 incõmenſurabilis erit quarte.



Sint quatuor quantitates proportionales.a.b.c.d.dico q̃ ſi.a.cõ municat cũ.b.c.quoq3 cõmunicabit cũ.d.q̃ ſi.a.eſt incõmenſurabilis.b.c. quoq3 erit incõmenſurabilis.d.⁊ ſi.a.cõicat cũ.b.in potentia tm̃. c.quoq3 cõmunicabit cum.d.in potentia tantum. Verũtamẽ illud non ꝓponit auctor qꝛ facile patet ex demonſtratione priorũ. Si enĩ.a.cõicat cũ.b.erit per.5.a.ad.b.ſicut numerus ad numerum.ſit ergo ſicut.e.ad.f.at qꝛ eſt per ypotheſim.a.ad.b.ſicut.c.ad. d.erit.c ad.d.ſicut numerus.c.ad numeꝝ.f.per.6.igit̃ eſt.c.communicans cũ.d.qõ eſt pri mum. Scõm patet ex primo a deſtructione conſequentis.ſi enim.a. eſt incõmenſu rabilis.b.oportet.c.eſſe incõmenſurabilẽ.d. nam ſi eſſet ei cõmẽſurabilis cũ ſit ut c.ad.d.ſic.a.ad.b.per ypotheſim:eſſet per primam partẽ. a. cõmunicans cum.b. ſed non erat: quare conſtat totũ qõ proponit auctor. Qõ autẽ adiunxim⁹ videli/ cet q̃ ſi.a.cõicat cum.b.in potentia tm̃.c.cõmunicat cum.d.i potentia tm̃. ſic pa tet. Luꝫ enim.a.non cõmunicet cũ.b.in longitudine: nec.c.quoq3 ex parte ſecũda huius cõmunicabit cum.d.in longitudine. At vero cum quadratum.a.communi/ cet cum quadrato.b.ex ypotheſi erit per.5.quadratum linee.a. ad quadratũ linee b.ſicut numerus ad numerum qui ſint.e.⁊.f.⁊ quia quadratum.c. ad quadratum d.ſicut quadratũ.a.ad quadratũ.b.erit etiã quadratũ.c.ad quadratũ.d.ſicut nu/ merus.e.ad numerũ.f.per.6.igitur.c.⁊.d.cõicant in potentia:⁊ qꝛ non cõmuni/ cãt in longitudine:cõſtat ꝓpoſitũ.

Propoſitio .11.

Propoſita qualibet recta linea duas ei incõmenſurabiles alteram in longitudine tantum alteram in longitudine et potentia rectas lineas inuenire.

Sit linea.a.ꝓpoſita:volo duas lineaſ reperire quaꝝ vna cõicet cũ a.i potẽtia tm̃:altera vero ſit icõmẽſurabilis ei i lõgitudie ⁊ i potẽtia

Sumo itaq; duos numeros nequaq; se habentes in ꝓportione aliquoꝝ numeroꝝ quadratoꝝ. sintq; hij. b. ⁊. c. quos facile est sumere cū quilibet quadrat⁹ numer⁹ ad quelibet nō quadratū eā habeat ꝓportionē quā nequaq; habent aliqui numeri q̄/drati cōfirmāte hec. 22. octaui: duob⁹ talib⁹ numeris sūptis inuenio lineā. d. ad cui⁹ q̄dratū se habeat q̄dratū linee. a. sicut numerus. b. ad numeꝝ. c. hanc aūt lineā ita reperio diuido lineā. a. in tot ꝑtes equales quot sunt vnitates in numero. b. qō fa/cile facio adiuuāte. 11. vel. 12. sexti: deinc sup extremitatē linee. a. erigo lineā. c. per pendiculariter in qua totiens ꝓtineatur vna ex ꝑtibus. a. quotiens vnitas est in. c. Quia igit̄ ex p̄ma sexti ꝓportio quadrati linee. a. ad superficiē que fit ex. a. i. e. est sicut. a. ad. e. ⁊ iō sicut numeri. b. ad numeꝝ. c. si ponat̄. d. in medio loco ꝓportio/nalis inter. a. ⁊. e. sicut docet. 9. sexti q; tūc per primā partē. 16. eiusdē quadratū. d. erit equale superficiei ꝓducte ex. a. in. e. ⁊ erit ꝓportio quadrati linee. a. ad q̄dratū linee. d. sicut numeri. b. ad numeꝝ. c. quare. a. ⁊. d. sunt cōmensurabiles in potētia ex diffinitione ⁊ per vltimā ꝑtē. 7. ipse sūt incōmensurabiles in lōgitudine. repta est itaq; d. prima linea quā ꝓpositū erat inquirere. ¶ Alterā sic rep rio interpono ut docet. 9. sexti lineā. f. medio loco ꝓportionalē inter. a. ⁊. d. eritq; per corrol'. 17. sexti quadratū. a. ad quadratū. f. sicut. a. ad. d. itaq; per scōam partē. 10. quadratum. a. est incōmensurabile quadrato. f. igit̄ linea. f. ē incōmensurabilis linee. a. i potentia quare ⁊ in longitudine. ē itaq; f. scōa linea quā ꝓpositū erat reperire. Et sic ꝑ pro positum.



Propositio .12.

Omniū quatuor linearū ꝓportionaliū si prima tanto am/plius possit scōa quātū ē quadratū alicuius linee cōicātis sibi in longitudine. necesse ē tertiā quoq; tanto amplius posse quarta quātū est quadratū alicuius linee cōicantis sibi in longitudine: q̄ si fuerit prima potentior scōa q̄dra to alicuius linee incōmensurabilis sibi in longitudine. erit quoq; ter/tia potentior q̄rta q̄drato alicui⁹ linee sibi īcōmensurabilis i lōgitudine



¶ Sint q̄tuor linee ꝓportiōales. a. b. c. d. sitq;. a. maior. b. ⁊. c. maior. d sit quoq; a. potētior. b. q̄drato linee. c. ⁊. c. potētior. d. q̄drato linee. f. dico q̄ si. a. cōicet. c. in lōgitudie. c'. quoq; cōicabit. f. i lōgitudie q̄ si. a. nō cōicat. c. i lōgitudie nec. c. cōica bit. f. i lōgitudine. Nō ⁊ si. a. cōicat. c. i potētia tm̄. c. quoq; cōicabit. f. i potētia tm̄ Neꝝ tamen illud vltimū nō ꝓponit auctor q; facile patet ex prioꝝ demōstratione cū sit eni ꝓportio. a. ad. b. sicut. c. ad. d. erit quadrati. a. ad quadratū. b. sicut qua drati. c. ad quadratū d. ⁊ q; quadratum. a. est equale quadratis duaꝝ lineaꝝ. d. ⁊ f. b. ⁊. e. sil'r quadratū. c. quadratis duarum lineaꝝ. d. ⁊. f. erit ꝓportio quadratoꝝ duaꝝ lineaꝝ. b. ⁊. e. et quadratū. e. sicut q̄dratoꝝ. d. ⁊. f. ē. ad q̄dratū. f. ergo disiū tim erit quadratū. b. ad quadratū. e. sicut quadratū. d. ad quadratū. f. ergo. b. ad e. sicut. d. ad. f. item per equam proportionalitatem erit. a. ad. c. sicut. c. ad. f. ergo per primam partem de ime constat prima pars huius: ⁊ per secundam scōa: ⁊ per tertiam ibi adiunctam tertia: hic adiuncta.

Propositio .13.

Si fuerint due linee inequales quorum longiorem in duo communicantia diuidat superficies sibi adiuncta equalis quarte parti quadrati breuioris linee cui adiuncte su/perficiei desit ad complendam totam lineam superficies

quadrata necesse ē ipsā lineā longiorē linea breuiori tāto āplio posse quātū ē q̄dratū alicuio linee cōicantis eidem longiori in longitudine. Si vero fuerit lōgior potētior breuiori augmēto q̄drati linee cōicantis sibi ī lōgitudine adiūgatq; ei supficies eq̄lis quarte pti q̄drati breuiorīs linee cui desit q̄drata supficies supficiē sibi adiunctā eādē lineā lōgiorē in duas portiones cōmēsurabiles diuidere necesse est.



¶ Sint due linee.a.b.ꝛ.c.maior.a.b.ꝛ adiūgat̄ ad lineā.a.b.q̄rta ps q̄drati linee c.ita ꝙ desit ad ꝛplendā lineā.a.b.supficies q̄drata.hoc eni ē possibile p.27.sexti qō facile fiet hoc mō.diuidat̄.a.b. ī duas lineas.a.d.ꝛ.d.b.ita ꝙ inter eas cadat medietas linee.c.ꝛtinue ꝓportionalis:hoc aūt qualiter fiat in fine demōstratiōis hui⁹ docebit̄:eritq; ex. 16.sexti supficies.a.d.in.d.b.q̄ sit.d.c.eq̄lis q̄drato medietatis linee.c.q̄re ex.4.scōi erit eadē sub quadrupla q̄drati linee.c. deest quoq; ad ꝛplendā lineā.a.b.supficies q̄drata:cū ꝛ.a.d.sit equalis.d.g.ꝛ.d.b.eq̄lis.g.e.dico itaq; ꝙ si supficies.d.e.diuidat lineā.a.b.in duo cōicātia erit linea.a.b.potētior linea.c.in q̄drato alicuio linee secū cōicantis in longitudine ꝛ econuerso. Cum aūt sit linea.a.b.maior linea.c.nō erit.a.d.eq̄lis.d.b.sic eni eēt supficies.d.e.quadrata ꝛ qꝛ ipsa ē eq̄lis q̄drato medietatis linee.c.esset.a.d.eq̄lis medietati. c.ꝛ tota.a.b.toti.c.qō ē ꝑ ypoth.nō est igit̄.a.d.equalis.d.b.itaq; de maiori eaꝝ que sit d.b.abscindat̄.d.f.equalis.a.d.eritq; p.8.scōi q̄dratū totius.a.b.eq̄le bis q̄ sunt ex.d.b.in.d.a.q̄ter et q̄drato.f.b.quare linea.a.b.erit potentior linea.c.in q̄drato linee.f.b.quā necesse ē cōicari toti.a.b.si linea.a.d.est cōicās linee.d.b. si enim hoc fuerit erit.d.b.cōicans.d.f.sue eq̄li quare p.9.b.f.cōicat cū.f.d.ꝛ iō toti. a.d. ꝛ ꝓpt̄ hoc cū tota.a.f.igit̄ ꝛ cū tota.a.b.sicq; pz p̄mū. ¶ Cōuersū hui⁹ sic pz sit.a.b potētior.c.in linea .f.b.q̄. cōicet secum in longitudine.dico tūc ꝙ quarta ps quadrati linee.c.addita ad lineā.a.b.ita ꝙ desit supficies q̄drata diuidet lineā.a .b.ī duo cōicātia:diuidat̄ eniz.f.a. p eq̄lia in.d.ꝛ fiat supficies .d.e .ex.d.b. in.d.a.ꝛ deerit ad ꝛplēdā lineā.a.b.supficies q̄drata eritq; p.8.scōi:q̄dratū.a.b.eq̄le q̄druplo supficiei.d.e.ē equale q̄drato.f.b. igit̄ q̄druplū supficiei.d.e. ē eq̄le q̄drato.c. q̄re supficies.d.e.sit eq̄lis quarte pti q̄drati.c.dico igit̄ ꝙ.d.b.ē cōicās cū.a.d.cū sit.f.b.cōicans cū.a.b.si eni hoc fuerit ut ꝙ.a.d.sit cōicans cū.a.b.erit etiā cōmunicās cū.a.f.p.9.quare ꝛ cū.a.d.sz ꝛ cū.d.f.itaq; ꝛ.d.b.ē cōicās cū.a.d.qō ē scōm

¶ Nūc aūt mōstrādū est qualr linea.a.b.cū ipa posita fuerit maior linea.c.possit sic diuidi ut inter ptes eius cadat medietas linee.c.ꝛtinue ꝓportionalis. ¶ Cum eni sic fuerit diuisa: superficies q̄ fiet ex vna in alterā erit equalis q̄drato medietatis linee.c.ꝛ ipsa erit supficies eq̄lis quarte pti q̄drati linee.c.adiuncta ad lineā.a b.ita ꝙ desit superficies q̄drata.hoc eni sic fiet diuisa.a.b.p eq̄lia in.d. lineet̄ supeā semiciculus.a.f.b.ꝛ sil̄r.b.e.ꝓpendicularis ad.a.b.que ponat̄ eq̄lis medietati linee.c.ꝛ ducat̄.e.f.equidistans ad.a.b.vsq; quo secet circūferentiā semicirculi in puncto.f.necesse est eni vt secet eā:cū linea.a.b.sit maior linea.c.ꝛ ducat̄.f.g.perpendicularis ad.a.b.q̄ cū p.34.p̄mi sit equalis linee.e.b.erit quoq; eq̄lis medietati linee.c.ducāt̄ itaq; linee.f.a.f.b.eritq; p p̄mā pte.30.tertij angulus.a.f.b.rectus:ꝛ iō per primā parte corol.8.sexti erit linea.f.g.medio loco ꝓportiōalis iter a.g.ꝛ.g.b.q̄re medietas linee.c.q̄ ē sibi equalis erit etiā ꝓportiōalis iter easdē qō est nostrum ꝓpositum:



Propositio .14.

Si fuerint due linee inequales quarum longiorem diuidat in duas partes incomensurabiles supficies equalis quarte parti quadrati breuioris sibi adiuncta ita ꝙ desit ad eiꝰ cõpletionẽ: superficies quadrata erit lõgior potẽtior breuiori augmẽto q̃drati linee icõmensurabilis ipsi longiori ĩ longitudine. Si vero lõgior potẽtior fuerit breuiori quadrato linee incõmensurabilis sibi longiori in longitudine adiungatq̃ ei supficies equalis pti quarte q̃drati breuioris defueritq̃ longiori supficies quadrata necesse est ut ipsa superficies sibi adiuncta eundem longiorem lineam in duas portiones incõmensurabiles d iuidat.

Hec.14.ex ꝓrio añtis ꝑmisse infert ꝓriũ ꝓñtis ꝑmisse ⁊ non differt eius dispõ a dispõne illius.sed ⁊ modꝰ argumẽtandi vtrobiq̃ idẽ. Si enĩ.a.d.nõ cõicet cũ.d.b nec.d.f.sibi adequalis cõicabit cũ eadẽ.d.b.itaq̃ p.9.d.f.nõ cõicabit cũ .f.b. q̃re neq̃.a.f.sunt enĩ .a.f.⁊.e.f.cõicantes tanq̃ numerans ⁊ numeratũ.iõ neq̃. a.b. cõicabit cũ linea.f.b. Qõ si hoc fuerit videlicet si a.b.nõ cõicet cũ.f.b.nõ cõicabit cũ.a.f.q̃re neq̃ cũ.a.d.aut.d.f.neq̃ igit̃.a.b.cũ.d.a. Põt quoq̃ hec.14.demõstrari p ꝑmissã.ꝑma ꝑs huius ex scõa illiꝰ ⁊ scõa ex ꝑma a destructiõe ꝓñtis.si enĩ.a.d ⁊.d.b.nõ cõicent nec etiã.a.b.⁊.f.b.cõicabunt:nã si.a.b.⁊. b.f.cõicarent oportet p scõam ptẽ ꝑmisse ut.a.d.cõicaret cũ.d.b.sed positum ẽ ꝙ non. Eodẽ mõ de scõa pte.si enĩ.b.a.⁊.b.f.nõ cõicant nec.a.d.⁊.d.b.cõmunicabunt. nã si sic sequitur per primã ptẽ ꝑmisse ut. a .b.⁊.b.f.cõicẽt q̃ nõ cõicant:quare patet propositũ.

Propositio .15.

Omnis superficies rectãgula quã continent due linee ĩ lõgitudine rationales rõnalis esse probatur.

Sint due linee .a.b.⁊.b.c.ꝓtinẽtes supficiẽ rectãgulã.a.c.rõnales in longitudine: dico supficiẽ.a.c.esse rõnalẽ:descripto enĩ quadrato cuius vis eax.ut.c.d.linee.b.c.erit p primã sexti.c.d.ad.a.c.sicut.b d.ad.a.b.q̃ igit̃.b.d.cõicat in longitudine cũ.a.b.ex ypothesi eo ꝙ.b.c.sua equalis erit p primã ptẽ.10.c.d.cõicans.a.c.cũ sit itaq̃.c.d.rõnalis p diffinitionẽ erit ⁊.a.c.rõnalis qõ est ꝓpositũ.

Propositio .16.

Cum adiuncta fuerit linee in longitudine vel cõicata rõnali supficies rõnalis rectãgula latus eius scõm erit in longitudine rõnale lateriq̃ primo ĩ longitudine cõmẽsurabile

Hec ẽ quasi ꝓuersa prioris ut si supficies.a.c.adiuncta ad lineã.a. b.rõnalẽ in longitudine fuerit rõnalis: dico ꝙ latus eius scõi qõ ẽ.b c.erit etiã rõnale in longitudine ⁊ cõicans lateri primo.sit enĩ.a.d.quadratũ .a.b: eritq̃ rõnale ex diffinitione ⁊ ꝓpter hoc erit cõicans cũ supficie.a.c.rõnali: q̃ igit̃ p primã sexti sicut.a.d.ad.a.c.ita ẽ etiã.d.b.ad.b.c.cõicat aũt.d.a .cum.a.c. erit p ꝑmã ptẽ.10.b.d.cõicãs cũ.b.c.ergo cũ.b.a.sua eq̃lis sed.b.a.rõnalis ẽ q̃re p diffinitionẽ ⁊.b.c.ꝓstat itaq̃ ꝓpositũ.

Propositio .17.

Duas lineas inuenire potentia tantum rõnales cõmensurabiles quarum lõgior plus possit breuiori quadrato lince sibi cõmensurabilis in longitudine.

Propositũ ẽ inuenire duas lineas rõnales potẽtia tm̃ cõicãtes q̃rũ longior sit potẽtior breuiori q̃drato lince sibi cõicãs in longitudine.









¶ In hac quoqꝫ argue sicut in premissa ex diffinitione residui secun di ꝛ scõa pte. 13.ꝛ nona ꝛ decimanona ꝛ.15.ꝛ.69.

Propositio .88.

Si linea rõnali residuoqꝫ tertio superficies contineat erit linea sup eam potens residuum mediale secundum.

¶ Priori demonstrationi insiste ꝛ facile cõcludes propositum ex dif finitione residui tertij ꝛ secunda pte. 13.ꝛ.9.ꝛ. 19.ꝛ.70.

Propositio .98.

Si fuerit supficies linea rõnali residuoqꝫ quarto contenta linea super eam potens erit linea minor.

¶ In hac quoqꝫ nõ aliter ꝓcedas q̃ꝫ prius. facile eni erit ibi ꝓpositũ ꝛcludere.si premissam nõ despicis ex dione residui q̃rti ꝛ scõa pte.14 ꝛ.9.ꝛ.19.ꝛ.15.ꝛ.71.ꝛ sic patebit ꝓpositum.

Propositio .90.

Si fuerit linea rõnali residuoqꝫ quinto supficies contenta latus eius tetragonicum erit cũ rõnali cõponẽs mediale:

¶ Utere premissa argumentatione ex diffinitione residui quinti ꝛ se cunda parte.14.ꝛ.9.ꝛ.19.ꝛ.15.ꝛ.72.quod propositꝫ est concludere.

Propositio .91.

Si linea rõnali residuoqꝫ sexto superficies contineatur la/tus tetragonicum qõ super eam potest cum mediali consti tuens totum mediale esse comprobatur.

¶ Nunc quoqꝫ vltimo quod per hanc dicitur premisso modo satage cõcludere ex diffinitione residui sexti ꝛ scõa parte. 14.ꝛ.9.ꝛ.19.ꝛ.73.

in his autem oibus processum tuum nihil offendere poterit si primã earum ⁊ pfe/cte didiceris ⁊ memoriter tenueris :⁊ quid quoqꝫ supponat solerter attenderis. Qd̃ si forsan de aliquo in quadrato.l.m.te dubitare contigerit ad suum equale in superficie.a.d.tibi recurrendum erit:et patebunt tuo ingenio.

Propositio .92.

Si ad lineam rationalem superficies equalis quadrato residui applicet:alterũ latꝰ residuũ primũ esse necesse est.

Hec sex sequẽtes sũt querse sex p̃cedẽtiũ p ordinẽ.huiꝰ aũt p̃me hec est intentio qꝫ si sit supficies.a.c.adiuncta ad lineã rõnalẽ.a.b.equalis quadrato residui qd̃ sit.d.e.erit eius latus scõm qd̃ est.b.c.necessario residuũ primũ. Adijciatur eni linee.d.e.que proponitur esse residuũ :linea p cuius abscisionẽ ipsa fuerit residuũ:sitqꝫ ei adiuncta.e.f.eritqꝫ ex.68.vtraqꝫ duarũ lineaꝝ.d.f.⁊.f.e. rõnalis in potentia ⁊ vna caꝝ incõmensurabilis alij:describatur ergo quadratũ linee.f.e.qd̃ sit.e.g.⁊ quadrãtũ.d.e. que posita est esse residuũ qd̃ sit.e.h.⁊ adijciant̃ supplementa.d.k.⁊.f.l.eritqꝫ quadratũ.g.h.tanq̃ꝫ quadrtum linee.d.f.⁊ quadratũ.e.h.erit sicut superficies.a.c.erit etiã vtrũqꝫ quadratoꝝ.g.h.⁊.g.e.rõnale. Sit igitur supficies.a.m.adiuncta ad lineã. a.b. equalis q̃drato g.h.eritqꝫ ob hoc rõnalis:quare per. 16.linea.m.n.est rõnalis in lõgitudine: supficies vero.p.n.sit equalis quadrato.e.g.que etiã ꝓpter hoc erit rõnalis ⁊ p. 16.linea.m.n.rõnalis in longitudine.itaqꝫ tota linea.b.n.est rõnalis p.9.diuidat̃ aũt e.n.per equalia.m.q.⁊ ducat̃.q.r.equidistans.a.b.eritqꝫ ex prima sexti.e.r.equalis.r.n. Manifestũ vero ẽ qꝫ cũ tota supficies.a.n.sit equalis duobus quadratis g.h.⁊.e.g.pariter acceptis que sunt quadrata duaꝝ linearum.d.f.⁊.f.e.⁊ supficies a.e.sit equalis quadrato linee.d.e.qd̃ est.e.h.erit per.7.scõi superficies residua ex a.n.que est.e.f.equalis duplo superficici ex.d.f.in.f.e.quare ⁊ horum dimidia que sunt.r.n.⁊.d.g.necesse est esse equalia.cũqꝫ igitur ex prima sexti sit supficies.d.g. medio loco ꝓportionalis inter duo quadrata.g.h.⁊.g.e.eritqꝫ superficies.r.n.medio loco ꝓportionalis inter duas superficies.a. m.⁊.p.n. ideoqꝫ per primã sexti erit ẽt linea.q.n.medio loco ꝓportiõalis inter duas lineas.b.m.⁊.m.n. cumqꝫ sit q.n.dimidiũ linee.n.e.⁊ linea.b.n.diuisa p punctum.m.in duo cõicantia iter que cadit.q.n.medio loco ꝓportionalis:sequit̃ ex prima pte.13.qꝫ linea.b.n.sit potentior linea.n.e.in quadrato linee secũ cõicantis i longitudine:qꝫ ergo supficies.d.g est medialis ex.19.ex ypothesi aũt supficies.e.r.sibi equalis medialis ⁊ linea.e.q. rõnalis in potẽtia tm̃ per.20.ideoqꝫ etiã duplũ eiꝰ qd̃ ẽ linea.n. e.ẽ. rõnalis tãtũ i potentia:qꝫ ergo.b.n.ẽ rõnalis in longitudine cõicans linee.a.b. posite rõnali et potẽtior.n.e.i quadrato linee sibi cõmunicãtis i longitudine:sequitur ex diffinitione lineã.b.e.cẽ residuũ primũ:qd̃ ẽ ꝓpositũ.

Propositio .93.

Cum adiuncta fuerit superficies equalis quadrato residui medialis primi ad lineam rationalem: alterum latus eius erit residuum secundum.

Hic erit linea.d.e.residuum mediale primum ⁊ linea.e.f. erit linea illa per cuius abscisionem.d.e.fuerat residuum mediale primum:dico qꝫ.b.e.erit residuum secundum quod nescire non poteris si demonstrationẽ premisse quousqꝫ eam solido amplectaris habitu institeris ⁊ quales lineas oporteat esse.d.f.⁊.f.e.vigilanter attenderis:de quo si dubitas.69.requirenda erit.





Propositio .94.

Si superficies equalis q̃drato residui medialis scd̃i applicata fuerit ad lineam rōnalē: alterum latus eius residuum tertium esse conueniet.

Hic etiā erit.d.e.residuū mediale scd̃m ⁊ sequetur ut sit.c.b. residuum tertiū:qd̃ ut facile ꝑcudas prime demōstrationi insistas ⁊ q̃les lineas ꝓueniat esse.d.f.⁊.f.e.ex.70.collige.

Propositio .95.

Cum adiuncta fuerit linee rōnali superficies equalis quadrato linee minoris latus eius scd̃m erit residuū quartum:

Si fuerit.d.e.linea minor asserit hec.95.q̃.b.c.erit residuū quartū:est aūt sumendū ex.71.quales lineas esse necesse sit.d.f.⁊.f.e.cum d.e.fuerit linea minor:⁊ est astruendum ꝓpositū p̄misso modo:excepto q̃ in hac ⁊ duabus sequentibus necesse est lineā.b.n.diuidi ad punctū. m.in duo incōmensurabilia que in tribus premissis diuidebat necessario i duo cōmensurabilia:nam in tribus p̄missis fuerant due linee.d.f.⁊.f.e.cōicantes i potentia tm̄ ⁊ ideo earum quadrata cōicantia:propter qd̃ ⁊ supficies.a.m.⁊.p.n. quadratis earum equales cōicantes.Quapropter etiā ⁊ due linee.b.m.⁊.m.n.ideoq̃ fuit i tribus premissis linea.b.n.potentior linea.n.c.in quadrato linee secum cōmunicantis in longitudine ex prima pte.13. In hac aūt ⁊ duabus sequētibus sunt due linee d.f.⁊.f.e.incōmensurabiles in potentia ut apparet ex.71.⁊.72.⁊.73.⁊ ideo earum quadrata ꝓpter qd̃ ⁊ superficies.a.m.⁊.p.n.incōmensurabiles ꝓpter qd̃ ⁊ due linee.b.m.⁊.m.n.incōmensurabiles.ideoq̃ per primā pte.14.tam in hac q̃ in duabus sequentibus necesse est lineā.b.n.esse potentiorē linea.n.c.in quadrato linee sibi icōmensurabilis i longitudine:cetera perquire ut prius.

Propositio .96.

Si ad lineam rationalem quadrato linee cum rationali constituentis mediale equale superficies adiungatur:latus eius secundum erit residuum quintum.

Pone similiter hic lineā.d.e.esse illā que iuncta cū rōnali ꝓponat totū mediale ⁊ attende ex.72.quales lineas oporteat esse.d.f.⁊.f.e. ⁊ concludes sine offendiculo si prius habite demonstrationi oportune institeris lineam.b.c.esse residuum quintū.

Propositio .97.

Si ad lineā rationalē superficies equalis quadrato linee cum mediali componentis mediale adiungatur:latus eius alterum erit residuū sextum.

Nunc vltimo conuenit lineā.d.e.esse illam que iuncta cum medialī cōponit totum mediale cui adiuncta linea.e.f.que videlicet sit illa per cuius abscisionem linea.d.e.fuerat que proponitur si quales lineas.d.f.⁊.f.e. esse oporteat ex.73.didiceris prior̄ argumētatione firma mente tenueris sine obice quoq̃ lineā.b.c.esse residuū sextū concludere poteris.si aūt fortassis in aliquo re hesitare ꝓtigerit quicquid illud fuerit de quadrato.g.b.ad sibi equalē supficie.a.n ꝓferēdum erit:⁊ sic patebit ꝓpositū nostrū.

Propositio .98

Omnis linea residuo ꝓmēsurabil'ipsa quoq̃ i termio ⁊ ordine ē idē residuū

Qd̃ .60.⁊.quatuor.eā sequētes de binomio eiusq̃ comitib⁹ q̃nq̃ ꝓposuerūt hec .98.⁊.quatuor.eam sequentes de residuo suiq̃ q̃nq̃



comittibus verum esse proponunt: quibus qui vsq; ad solitum habitum institerit has ignorare non poterit. Quicquid autem in illis de cōicantia in longitudine et potentia tantum dictum est: in his quoq; idem oportet intelligi. nam omnis linea residuo cōmunicans in longitudine siue in potentia tm̄ ipsa etiā est residuum. sed si communicat in longitudine: non solum est ipsa residuum. sed etiam eiusdē spēi residuum. Verbi gratia: linea cōmunicans in longitudine residuo primo est residuū p̄mū: ⁊ secūdo cōicans est scōm. sic quoq; in ceteris: Qd̄ aūt linea communicat residuo in potentia tantum: ipsam quoq; necesse est esse residuum sed nō eiusdem speciei: imo ipossibile est vt linea cōmunicans in potentia tantū residuo primo aut scōo aut tertio aut quarto aut quinto cadat simul cum eo sub eadem specie sed necesse est vt ābo cadāt simul sub trib⁹ primis speciebus aut ābo simul sub tribus postremis. Sit itaq; exempli gratia. a. residuū cui cōmunicet. b. in longitudine: dico q̄. b. erit residuū eiusdē speciei cū. a. Adiungatur enim linea. c. ad lineaz a. ⁊ cum illa sit per cuius abscisionē. a. fuit residuū: ⁊ ad. b. adiūgat̄ alia que sit. d. ad quā sic se habeat. b. sicut. a. ad. c. sitq; composita ex. a. ⁊. c. e. composita vero ex b. ⁊. d. sit. f. eritq; ex permutata ꝓportionalitate. a. ad. b. sicut. c. ad. d. ⁊ p. 13. quinti erit. c. ad. f. sicut. a. ad. b. vel sicut. c. ad. d. cum itaq; a. cōmunicet cum. b. erit per 10. c. cōmunicans cum. d. ⁊. e. quoq; cōmunicans cum. f. ⁊ quia etiam est necessario ex permutata proportionalitate. e. ad. c. sicut. f ad. d. sequtur p. 12. vt si fuerit e. potentior. c. in quadrato linee sibi cōicantis in longitudine vel si forte incōmensurabilis: sit similiter. f. potentior. d. at q̄m̄ omnis linea cōmunicans in longitudine linee rationali est similiter illi rationalis: similiter dico quia ambe erunt rationales in longitudine vel ambe in potentia tantum: sequitur ex diffinitionibus residuorum vt. b. sit residuum eiusdem speciei cum. a. Si autē. b. cōmunicat in potentia tantū cum. a. ipsa quoq; erit residuum non tamen eiusdem speciei necessario. sed quēadmodū dictū est: cuius demōstratio ex his que in. 60. de binomijs dicta sunt colligenda est.



Propositio .99.

Omnis linea vtrilibz residuo mediali cōmunicans: est sub ipsius termio ⁊ ordine residuū mediale. Hec est qd̄ dicit̄ siue cōicet linea cum vtrolibet residuo mediali in longitudine siue in potentia. Sit enim. a. vtrūlibet residuū mediale cui. b. cōicet in lōgitudine vl̄ potētia. dico q̄. b. ē etiā residuū mediale q̄le fuerit. a. adiūgat̄ eni linea. c. ad lineā. a. ⁊ sit. c. p. c⁹ abscisionē. a. fuit residuū mediale: ⁊ ad. b. adiūgat̄ alia q̄ sit. d. sitq; b. ad. d. sicut. a. ad. c. totaq; ꝓposita ex. a. ⁊. c. sit. e. ⁊ ex. b. d. sit. f. describāt̄ igit̄ q̄drata. e. ⁊. d. q̄ sint. g. ⁊. h. ⁊ supficies. e. i. c. sit. k. ⁊. f. i. d. ⁊ sit. l. Et q̄ ē vt pri⁹. e. ad. f. ⁊ c. ad. d. sicut. a. ad. b. sūt aūt. e. ⁊. c. mediales potentia tm̄ cōicātes ex. 69. ⁊. 70. sequit̄ ex. 21. vt. f. ⁊. d. eis cōicātes. sint etiā mediales potētia tm̄ cōicātes: ꝓstat aūt ex prima sexti q̄ sit. k. ad. g. sicut. e. ad. c. ⁊. l. ad. b. sicut f. ad. d. ⁊ q̄ ē. e. ad. c. sicut. f. ad. d. sequit̄ ut sit. k. ad. g. sicut. l. ad. b. Et pmutati. k. ad. l. sicut. g. ad. b. cū g̃. g. cōicet cū. b. sequit̄ vt. k. cōicet. cū. l. Si igit̄. k. ē rōnale qd̄ ē in residuo mediali primo erit etiā p diffinitionē. l. rōnalis q̄re p. 69. b. etiā ē residuū mediale primū. si aūt. k. sit medial' qd̄ ē i residuo mediali scōo: erit p. 21. etiā. l medialis: ideoq; b. p. 70. residuū mediale scōz q̄re ꝓstat ꝓpositū. Idē aliter Si lināa b. cōicat cū lināa. a. q̄ ē vtrūlibet residuū mediale i lōgitudiel' ī potētia sit supficies c. e. adiūcta ad lineā rōalē. c. d. eq̄lis q̄drato. a. ⁊. f. g. eq̄lis q̄drato. b. erūtq; ob hoc





e.e.⁊.f.g.cõicantes quãadmodũ ⁊ quadrata linearum.a.⁊.b.eis equalia.ideoq; p primam sexti ⁊. 10.huius.d.e.⁊.e.g.sunt cõicantes in longitudine: ⁊ quia si. a.est residuum mediale primũ:est:linea.d.e.est residuum scõm per.93.⁊ si.a.est residuũ mediale scõm:linea.d.e.est residuũ tertium per.94.at cum.d.e. est residuum scõm linea.e.g.est etiam residuũ scõm ⁊ cũ illa ẽ tertium:silr ⁊ hic est tertiũ per.98.sequitur itaq; ex.87.⁊.88.vt.b.sit residuũ mediale primũ aut secundũ prout fuerit. a.et sic patet quod intendimus.

Propositio .100.

Si linea aliqua linea minori cõmunicet.ipsa quoq; erit linea minor.

Facile est hanc probare duplici modo sicut p̃missam:siue cõmunicet linea aliqua cum linea minori in longitudine siue in potentia hoc aũt apposito quãtũ ad primũ modũ q̃ cum sit.f.ad.d. sicut.c.ad.c. erit ex scõa pte.18.sexti quadratũ.f.ad quadratũ.d.sicut quadratũ.c. ad quadratũ c.⁊ coniunctim quadrata duaꝝ linearum.f.⁊.d.ad quadratũ.d.sicut quadrata duarum linearum.e.⁊.c.ad quadratum.c.⁊ permutatim quadrata duaꝝ linearum.f. ⁊.d.ad quadrata duaꝝ linearum.e.⁊.c.sicut quadratũ.d.ad quadratum.c. cõicat autẽ quadratũ.d.ad quadratũ.c.ergo duo quadrata duaꝝ lineaꝝ.f.⁊.d.pariter accepta cõicant cũ duobus duaꝝ lineaꝝ.e.⁊. c.piter acceptis:⁊ quia ex.17.quadrata duarum lineaꝝ.e.⁊.c.pariter accepta sunt rõnale: erit aũt per diffinitionẽ ⁊ duo duaꝝ lineaꝝ.f.⁊.d.pariter accepta rationale. Cũq; sit superficies.k. medialis erit etiã.l.sibi communicans medialis:igitur ex.71.b.est linea minor. Quantũ autem ad scõm modũ erit per.95.linea.d.e.residuũ quartum:ideoq; per.98.⁊ linea. e.g. erit etiam residuum quartum.ideoq; etiã per.89.linea.b.est linea minor.

Propositio .101.

Omnis linea cõmunicans lineę cum rõnali componẽti mediale est cum rationali componens mediale:

Hanc quoq; duplici predicto modo nõ est difficile probare:siue de communicantia in longitudine siue de cõicantia in potentia tantum intelligatur:sed quantum ad primum modũ erunt duo quadrata duarum linearum.f.⁊.d.pariter accepta mediale per.21.quãadmodũ sunt duo quadrata duaꝝ lineaꝝ.e.⁊.c.piter accepta ex.72.quibus ipsa cõmunicant ⁊ superficies.l.erit rationalis:per diffinitionem quãadmodũ est superficies.k.ex.72.cum ipsa cõmunicat:igitur ex.72.b.est cum rationali componens mediale:quantũ ad scõm modũ:erit.d.e.residuum quintum ex.69.ideoq; ⁊.e.g.ex.98.quare.b.est cũ rõnali componens mediale.per.90.

Propositio .102.

Omnis linea cõmẽsurabilis lineę cum mediali constituenti mediale est cum mediali constituens mediale.

Hic quoq; pone lineã aliquã cõicare cum ea que cũ mediali componit mediale indifferenter in longitudine vel potentia tm̃ ꝓut volueris:⁊ duplici modo p̃misso sine difficultate ꝓludes eã quoq; cũ mediali ꝓponere mediale.erit etiã quantũ ad primũ modũ supficies.l.medialis quẽadmodũ ⁊.k.⁊ duo quoq; quadrata duaꝝ lineaꝝ.f.⁊.d.piter accepta mediale sicut ⁊ duo quadrata duaꝝ.e.⁊.c.⁊ q̃ duo quoq; duaꝝ lineaꝝ.e.⁊.c.ad.k.sicut duo duaꝝ.f.⁊.d.ad.l.cũ duo prima non cõmunicẽt cũ duplo.k.ex.73.neq; duo secũda

cõicabunt cũ duplo .l.ex.10.igitur ex.73.b .est cũ mediali cõponẽs mediale. quantum autẽ ad scõm modũ erit.d.e.residuũ sextũ ex.97. idcoqꝫ ꝛ.e.g. ex.98.quare.b est cũ mediali cõponens mediale ex.91.

Propositio .103.

Si de supficie rationali superficies medialis abscindatur linea ĩ reliquã superficiem potens erit alterutra duarum irrationalium aut residuum aut linea minor.

Sit eni tota superficies constans ex.a.ꝛ.b.rõnalis a qua detrabatur.b.que sit medialis:dico ꝙ linea potens in.a.residuũ aut ẽ residuum aut linea minor.Esto nanqꝫ linea.c.d.rationalis superficiesqꝫ.c.e. sibi adiuncta sit tãẹ̃qꝫ.a.ꝛ.f.g.tãẹ̃qꝫ.b.ꝛ.tota.c.g.sicut tota.a.b.eritqꝫ.c.g.rõnalis.idcoqꝫ p 16.linea.d.g.rõnalis in longitudine ꝛ.f.g.erit medialis.idcoqꝫ per.20.e.g. rõnalis in potentia tm̃:est igit̃ ex diffinitiõe line a.d.e.residuũ primũ aut quartũ: ergo per.86.ꝛ.89.linea potens in supficiem.c.e. ꝛ iõ in supficiẽ.a.sibi equalem est residuũ aut linea minor:qõ ẽ ꝓpositum.

Propositio .104.

Si de superficie mediali superficies rõnalis detrabatur linea in reliquã superficiem potens erit alterutra duarum irrationalium linearum aut residuum mediale p primũ :aut cum rationali componens mediale.

Hec quoqꝫ sicut premissa ꝓbat̃.Erit eni tota.a.b.medialis.b. aũt rõnalis:ꝛ tunc dico qõ in.a.residuum põt: aut est residuũ mediale primũ aut cum rõnali cõponens mediale.Cũ eni.c.g.equalis sit.a.b.erit per.20.linea.d.g.rõnalis in potentia tm̃:ꝛ cũ sit.f.g.equalis.b.erit per.16.linea.c.g. rõnalis in longitudine ergo a diffinitione erit linea.d.c.residuũ scõm aut quintũ quare per.87.ꝛ.90. latus tetragonicũ superficiei .c .e.ꝛ ideo superficiei.a.est residuũ mediale primum aut cum rationali componens mediale:quod est propositum nostrum.

Propositio .105.

Si superficies medialis superficiei mediali detrabatur fueritqꝫ reliqua toti incõmensurabilis que in ipsam reliquã potest: alterutra erit duaꝝ irrõnaliuꝫ videlicet aut residuum mediale scõm aut cum mediali componens mediale

Si a duaꝝ premissaꝝ demõstratione non deuias concludes sine difficultate propositũ.Sint eni tota.a.b.ꝛ.b.mediales ꝛ sit.a.reliqua incõmensurabilis toti:aliter eni esset.a.medialis ex.21.ꝛ eius lat⁹ tetragonicũ mediale ex.19 tunc dico ꝙ linea potens in.a.est residuũ mediale scõm aut cũ mediali cõponens mediale.nam cũ sit.c.g.equalis.a.b.erit p.20.linea.d.g.rõnalis in potentia tãtũ per eandẽ quoqꝫ cum sit.f.g.equalis.b.erit etiã.e.g.rõnalis in potentia tm̃ ꝛ cum sit.a.incõmensurabilis toti.a.b.erit.f.g.incõmensurabilis.c .g. idcoqꝫ per primã sexti ꝛ. 10.huius erit etiã.e.g.incõmensurabilis.d.g. igit̃ a diffinitione linea .d.e. erit residuũ tertiũ aut sextũ:q̃re p.88.ꝛ.91.latus tetragonicũ supficiei.c.e.ꝛ iõ supficiei.a.ẽ residuũ mediale scõm aut cũ mediali componẽs mediale.

Propositio .106.

Lineaꝝ irrõnaliũ que sunt residuũ ꝛ post ipsam subsecute vllam alij termino et ordine sub esse impossibile est residuo quoqꝫ binomij terminũ vel ordinẽ cõuenire non est possibile.

Vult aũt p hanc. 106.ꝙ residuũ ꝛ alie quinqꝫ lince





irrōnales eam sequentes differunt specie ⁊ dione abinuicē ⁊ nulla linea vna potest
ee sub duabus neqz sub pluribus speciēb⁹ hax sex lineax irrōnaliū que sunt residu
um ⁊ eius quinqz comites: ⁊ q̄ oēs spēs residui differunt ab oibus speciebus bino
mij nec ē possibile lineā vnā simul esse residuū ⁊ binomiū cuiuscūqz speciei residui
vel binomij: Pars prima sic ostat: qm̄ supficies equalis quadratis residui ⁊ suax
quinqz comitū cū adiūgant̄ ad lineā rōnalē habēt scēa latera necessario diuersa ab/
inuicem ex. 92. ⁊ quinqz eā sequentibus. sunt autē scēa latera residuū primū ⁊ se/
cūdū ⁊ deinceps vsqz ad sextū. Scēa ps ostat hoc modo: si eadē linea pōt ee simul
residuū ⁊ binomiū. sit. a. cui⁹ quadrato adiūgat̄ ad rōnalē lineā. b. c. sitqz. b. d. erit
qz ex. 54. linea c. d. binomiū primū ⁊ ex. 92. residuū primū. inquantū ergo binomi
um primū diuidat̄ in suas binomiales portiones ad punctū. e. sitqz maior portio
c. e. q̄ erat rōalis i lōgitudine p̄ diffinitionē: iquātū aūt ē residuū p̄mū adiūgat̄ ei
d. g. p̄ c⁹ abscisionē fuerat residuū primū: eritqz etiā ex dione. c. g. rōalis i lōgitudie
Cū itaqz sit vtraqz duax lineax. c. g. ⁊. c. e. rōnalis i lōgitudie erit ēt p. 9. lica. e. g.
rōnal' i lōgitudie: at qz linea. d. e. ē rōnalis i potētia tm̄ cū ipsa sit p ypothe. maior
portio binomij p̄mi: erit per. 68. linea. d. g. residuū ⁊ qz ipsa erat rōalis i potentia
tm̄ cū per eius abscisionē eēt linea. c. d. residuū sequit̄ impossibile p. 68. Qd̄ ut da/
rius pateat: esto supficies. b. d. adiuncta ad lineā rationalē. b. c. equalis q̄drato li/
nee. d. g. cū itaqz linea. d. g. sit rationalis in potentia erit per. 16. linea. c. d. rōna/
lis in longitudine. at cū etiā linea. d. g. sit residuū erit ex. 92. linea. c. d. residuū p̄mū
quod esse nō potest cum linea que dicitur residuum sit irrōnalis per. 68.

Propositio .107.

Linea que residuū dicit̄ vllave irrationaliū que post eam
sunt nequit esse sub termino binomij aut sub termino ⁊ or
dine vllius ceteraxlineax irrōnalium que binomiū subse
quūtur: cum aūt possibile sit lineax irrōnaliū serie in in/
finitum produci non est possibile vllā earum cum ea que
precesserit in termino ⁊ ordine conuenire.

Cult per hanc vltimā libri. 10. q̄. 13. irrōnales linee de quib⁹ in hoc decimo de/
monstratū ē ⁊ ipse sunt linea medialis binomiū ⁊ ei⁹ quinqz comites residuuz ⁊ ei⁹
quinqz comites sint abinuicē singule a singulis specie differentes: ⁊ q̄ nulla linea
vna pōt ee simul sub vnab⁹ aut pluribus speciebus eax: ⁊ q̄ spēs lineax irrōnaliū
p̄nt i infinitū ꝓduci q̄x nulla cū alia ꝓuenit i dione ⁊ ordine. Qd̄ aūt hec. 13. linee
videlz medialis binomiū ⁊ ei⁹. 5. comites residūu ⁊ ei⁹. 5. comites sint irrōales de/
monstratū esse superius memento: de mediali quidē ex. 19. de binomio aūt ⁊ eius
quinqz comitib⁹ ex. 30. ⁊ quinqz eā sequētibus: at vero de residuo suisqz quinqz co
mitibus ex. 68. ⁊ quinqz eā sequētibus. Nullā aūt hax. 13. lineax irrōnalium posse
ꝓuenire in specie cū aliqua aliax lineax sic collige. Esto enī vt ad vnā eādēqz lineā
rōnalē in longitudine adiungant̄ superficies equales quadratis predictax. 13. line
arū irrōnaliuz ꝯm q̄ ordine se inuicē sequunt̄: eritqz ex. 20. secūdū latus prime ista
rum. 13. superficierum ⁊ quinqz eam sequentiū rationale in potentia tm̄. scēa aūt
latera scēe istax. 13. superficiex ⁊ quinqz eam sequentiū erūt omnes spēs binomio
ruz p ordinē videlicet binomiū primū scēm ⁊ deinceps vsqz ad sextū ex. 54. ⁊ quin
qz eā sequētibus demonstratū esse memineris. scēa vero latera octauc superficiei ⁊
quinqz eā sequētiū sunt spēs residuox in ordine videlicet residuū primū ⁊ residuū

secundū ⁊ deinceps vsq; ad sextū qd̄ ex.92.⁊ quinq; eā sequētibus didicisti. Cum igit̄ ipa linea rōnalis i potētia tm̄ nō cōueniat cū aliq̄ specie binomiorꝫ aut cū aliqua residuorꝫ quoniā omne binomiū p.30.⁊ oē residuū p.68 ē linea irrōalis ⁊ i lōgitudine ⁊ i potentia. Et cū nulla spēs residuorꝫ cōueniat cū aliqua spē binomiorū ex secūda ptē penul'.b°decimi: sequit̄ ut oia scōa latera baꝫ.13.superficiesꝫ sunt abinuicem diuersa: ideoq; p primā sexti ⁊ ipse.13. superficies sunt diuerse cū caꝫ omnium altitudo sit vna quare etiā hec.13.linee irrōnales ꝓposite sunt singule a singulis diuerse. ¶ Possunt aūt baꝫ.13.lineaꝫ irrōnaliū species in infinitū ꝓduci.infinite eni sūt spēs lineaꝫ medialium.infinite quoq; binomiorꝫ ⁊ sic de singulis. Qd̄ hoc modo ꝓstat: esto linea.a.medialis.sumaturq; vnitas ⁊ quotlibet numeri p̄mi vt.3.5 ⁊.7.⁊ sint totidem linee.b.c.d.quot sunt sūpti numeri primi.sintq; q̄drata istaꝫ lineaꝫ.b.c.d.ad quadratū.a.sicut hi numeri primi ad vnitatē: eruntq; linee b.c.d.mediales ex.21.qm̄ ipse cōicant in potētia cū linea.a.mediali. oēs autē erūt diuerse in longitudine ab.a.⁊ a seinuicē p vltimā ptē.7.qm̄ nullius istorum numerorꝫ ad vnitatē nec alicuius eorꝫ ad alterꝫ per.16.⁊.8.⁊ corollariū scōe octaui ⁊ presentis ypothesis ē ꝓportio sicut numeri quadrati ad numerū quadratū: erit ergo a.⁊ omnes sibi cōicantes in longitudine sub p̄ma specie lineaꝫ medialiū.b.vero ⁊ oēs sibi cōicantes in longitudine sub scōa.c.aūt ⁊ oēs eidē cōicantes vel cōmensurabiles sub tertia.d.quoq; ⁊ oēs sibi cōicantes in longitudine sub quarta: ⁊ q: numeri primi sunt infiniti vt ex.21.noni didicisti: necesse ē spēs lineaꝫ medialiū ēe infinitas. Qd̄ aūt ē dictū de linea mediali itellige de binomio suisq;.5.comitib°: ⁊ residuo suisq;.5.comitib°: nā sicut omis linea cōicans mediali ē medialis siue cōicet ei in longitudine siue in potentia ut probatū est in.21.ita etiam omnis linea communicans binomio aut alicui suaꝫ quinq; comitū vel etiā residuo aut alicui suaꝫ quinq; comitū in longitudine vel in potentia est secū sub eadē specie vt probatum est in.60.⁊ quatuor eam sequentibus ⁊.98.⁊ quatuor eam sequentibus. Sunt igit̄ species baꝫ.13.lineaꝫ irrōnaliū infinite quaꝫ nulla cōueniet cū p̄cedenti in ordine vel dione. Conuenit quoq; dr̄ie aliter species linearum irrōnaliū esse infinitas nam omne latus tetragonicū superficiei dicte a numero nō quadrato est irrōnale p vltimā ptē.7.⁊ p diffinitionē.cum itaq; tales numeri sint infiniti: erunt etiā species baꝫ lineaꝫ irrōnaliū infinite. Tertio modo contingit scōam ptem huius vltime conclusionis libri decimi sic exponi: vt dicamus ab vnaquaq; linea rōnali i potentia tantū infinitas lineaꝫ irrōnaliū spēs produci quaꝫ nullā cum aliqua earuq; que ipsā precesserint: possibile est in diffinitione ⁊ ordine conuenire. Verbi gratia Sumatur aliqua supficies rōnalis dicta a numero nō quadrato ut quiq;: eritq; latus eius tetragonicū irrōnale in longitudine: qm̄ ipsū ē incōmensurabile lateris tetragonico superficiei rōnalis dicte a numero quadrato ex vltima ptē.7. dico ergo q̄ hui° lateris latus.itemq; scōi lateris latus ⁊ rursus huius tertij lateris latus ⁊ sic in infinitū: sunt linee irrationales tam in longitudine q̄; in potentia: ⁊ q̄ nulla earum conuenit diffinitione vel specie cum aliqua que eā precesserit in ordine.estq; latus tetragonicum premisse superficiei quecunq; dicta fuerit a numero non quadrato earum omnium sicut radix ⁊ principium ⁊ quelibet ipsaꝫ est principiū oim ipsam sequentium: ⁊ quecunq; ab aliquo tetragonico latere cuiusq; talis superficiei proficiscuntur diuerse sunt in longitudine ⁊ potentia ab omnibus que a quoquam alio tetragonico latere talis superficiei generantur ⁊ hoc dico cum ipsaꝫ supficieꝫ





non fuerit ꝓportio sicut numeroꝝ quadratoꝝ.hec aũt vt possumus firma demonstratione colligere antecedens ad ipsa premittere oportet.sitq3 istud.

¶ Quibuslibet duobus inuicem ductis si quid licet producatur quota latera tetragonica duorum precedentium inuicem duces totum tetragonicum lauts ipsius producti produces.

¶ Verbi gratia sit vt ex.a.in.b.sit.k.ad.c.⁊.d.sint latera tetragonica. a.⁊. b.fiat autẽ.e.ex.c.in.d.sintq3 itez.f.⁊.g.latera tetragonica.c.⁊.d.⁊ fiat.h. ex.f in.g.dico ꝙ.h.est latus tetragonicũ.e.⁊ ꝙ.e.rursus est latus tetragonicũ.k.cum enĩ ex.f. in se ⁊ in.g.fiant.c.⁊.h.erit.c.ad.h.sicut.f.ad.g.sed ⁊ sit.h.ad.d. sicut f. ad.g.co ꝙ ex.g.in.f.⁊ in se fiunt.h.⁊.d. sint igiĩ.c.h.d.continue ꝓportionales itaq3 ex.h. in se quantũ ex.c.in.d.quare.h.est latus tetragonicũ.e. eadẽ quoq3 rõne cũ ex.c. ĩ se sit.a.in.d.sit.e.⁊ ex.d.in se sit.h.erunt etiam.a.c.h.cõtinue ꝓportionales i ꝓportiõe.c.ad.d.cũ igiĩ ex.a.in.b.sit.k.sequiĩ etiã vt ex.e. i se sit.k.q̃re.e.est latus tetragonicũ.k.constat itaq3 qõ dicĩ.restat itaq3 demonstrare qõ propositum est. Sit igiĩ supficies.a.rõnalis dicta a numero nõ quadrato.ut.5.sitq3 linea.a.et̃ tetragonicũ latus ⁊ sumant̃ quotlib3 linee rõnales i lõgitudie q̃ sint.b.c.d.e.Sint q3 dicte a numeris quoꝝ quisq3 precedẽs sit tetragonicũ latus proximo sequentis: vt si.b.sit ⁊.c.4.d.16. e.vero.256.ad has aũt lineas rõnales in longitudine adiungatur supficies equalis.a.eruntq3 scõa latera singulaꝝ rõnalia in longitudine per.16 vt scõm latus.b.2.⁊ dimidiũ:secundũ.c.vnuz ⁊ quarta:secundũ vero.d.vna quarta ⁊ vna.16. at vero superficiei.e.secundũ latus erit vna.64.⁊ vna.256.sit ergo.f. tetragonicũ latus.b: g.vero sit tetragonicũ latus scõi lateris superficiei.b. eritq3 ꝑ premissam añs ut ex.f.in.g.sit.a.rursus sit.b.tetragonicum latus secundi lateris c.k.quoq3 sit tetragonicũ latus.b.eritq3 per predictũ añs vt ex.b.in.b.sit.a.⁊ ex.f in.k.sit tetragonicũ latus.a.qõ sit.l.sit itez.m.tetragonicũ latus secũdi lateris superficiei.d.sed cũ.n.sit tetragonicũ latus.m.⁊.p.tetragonicum.n.eritq3 per predictũ antecedens vt ex.c.in.m.fiat.a.⁊ ex.b.in.n.l.⁊.ex.f.in. p. tetragonicuz latus l.qõ sit.q.Amplius aũt sit.r.tetragonicũ latus lateris secundi superficiei.e. sit quoq3.s.tetragonicũ.r.⁊.f.⁊.t.s. sit et.u.tetragonicũ.t.sequiĩ que per dictũ antecedẽs vt ex.d.in.r.fiat.a.⁊ ex.c.in.f.l. ⁊ ex.b.in.t.sit.q.⁊ etiam ex.f.in.u. tetragonicũ latus.q.qõ sit.x. ⁊ sic in infinitũ:dico ergo has lineas.a.l.q.x.quaꝝ.a.est tanquã radicale principium esse irrationales.a.quidem in longitudine tantum ⁊ cetere vero in longitudine ⁊ in potentia ⁊ dico ꝙ nulla earum conuenit cũ alia in diffiniti/one vel ordine .Luz enĩ ex.f.in.g.⁊.k.fiant.a.⁊.l.erit.a.ad.l.sicut.g.ad.k.⁊ q̃ vt p3 ex dictis ypotheib⁹.g.⁊.k.sũt incõmensurabiles in longitudine ⁊ in potentia. sequitur etiã vt.a.⁊.l.sint incõmensurabiles in longitudine ⁊ in potẽtia:eadem ratione.a.⁊.q.est enim.a.ad.q.sicut.g.ad.p.⁊ propter eandẽ causam etiã.a.⁊. x.cũ sint sicut.g.⁊.u.⁊ hac via quoq3 necesse est vt.l.⁊.q.sint simpliciter incõmensurabiles tã i lõgitudine quã in potẽtia.cum enĩ ex.f.in.k.⁊.p.fiant.l.⁊.q. erit.l. ad.q. vt.k.ad.p:at.k.ad.p.nec commensurabiles sunt in longitudine nec in potentia. Si enim sint erunt.h.⁊.n.commensurabiles.sed non sũt:at vero.l.⁊.x.oportet eẽ vtroq3 modo incommensurabiles:est enim.l.ad.x.sicut.k.ad.u.eo ꝙ ex.f.in. k.⁊ u.fiunt.l.⁊.x.sunt autem.k.⁊.u.vtroq3 modo incommensurabiles.Si nantẽ accidet.d.⁊.h.esse commensurabiles quod est inconueniens: q.vero ⁊.x.ꝙ sint quoq3 incommensurabiles potentia ⁊ longitudine ex eo patet ꝙ ẽ.q.ad.x.sicut.p. ad.u.

constat autē q.p.⁊.u.sunt incōmensurabiles.nam si nō erunt.n.⁊.c. cōmensurabiles.ideoq;.m.⁊.s.sed non sunt. ¶ Manifestum est itaq; infinitas lineas irrationales in longitudine ⁊ in potentia incommensurabiles ⁊ ideo diffinitiōe ⁊ specie differētes produci ex linea.a.rōnali in potentia tantū. Restat aūt nunc ostendere q̄ quecūq; irrōnales linee ab aliqua linea rōnali in potentia tantū hac via generantur: diuerse sunt ab omnibus tam in longitudine q̄z in potentia que a quali libet alia linea rōnali in potentia tm̄ quadratū cuius ad quadratuz prioris nō sit sicut numeri quadrati ad numerū quadratum hac eadem via egrediunt̄: hoc quoq; sic constat. Sint.a.⁊.b.rōnales in potentia tm̄ siue tetragonica latera duaruz superficierum dictarum a numeris non quadratis.sitq; ut illi numeri nō sint i ꝓportione aliquorum numerorum quadratoruz: linee quoq; que procedunt hac via ab.a.sunt.c.d.e.⁊ a.b.procedant.f.g.h.dico q̄ nulla ex lineis.c.d.e.communicat in longitudine vel potentia cum aliqua ex lineis.f.g.h.cum enim sint.c.⁊.f.tetragonica latera.a.⁊.b.at.d.⁊.g.tetragonica latera. c.⁊.f.⁊.e. ⁊.h. tetragonica.d ⁊ g.nō est possibile vt aliqua ex.c.d.e.cōicet cum sua cōpari ex.f.g.h.vl̄ longitudine vel potētia. Si enim alterutro modo cōmunicet.e.cum.h.sequitur ut.d.cōmunicet cum.g.⁊.c.cum.f.quare ⁊.a.cum.b.etiam in longitudine quod est cōtra ypothesim. Vniuersaliter autem verum est dicere quēlibet harū esse vtroq; modo incommensurabilem cuilibet istarū. Dato nanq; q̄.d.communicet cum. h. etiam i potentia tantum.sequitur ut.c.quoq; cōicet cum.g.⁊.a.cum.f.quod nō ē possibile. Attendere autem oportet q̄ cum dico latus lateris nihil aliud intelligo q̄z latus superficiei denominate a latere priori.vnde tetragonicum latus linee.a. voco lineam illam que potest in superficiem dictam a linea.a.talis autem superficies est quā continet linea.a.⁊ linea rōnalis in longitudine dicta ab vno. Si ergo libet inuenire tetragonicum latus cuiuslibet linee.sit linea.a.cuius tetragonicū lat⁹ volo inuenire.b.vero sit linea rōnalis in longitudine dicta ab vnitate ⁊ ipsa est minima omnium linearum rōnalium numeratarum ab integris medio loco proportionalis inter eas.sit.c.est igitur p.16.sexti.c.tetragonicum latus.a.idem enim fit ex.a. in.b.⁊ ex.c.in se. At vero ex.a.in.b.fit supficies dicta ab.a. Quicquid enim a quo libet in vnum ducto producitur ab eo q̄ vnum multiplicat denominatur. Et nota q̄ cum.c.fuerit latus teteragonicum linee.a.indifferenter contingit lineam.c. esse maiorem linea.a.⁊ minorem prout.b.etiam fuerit maior aut minor. Explicit liber Decimus: incipit liber Vndecimus.



Corpus est q̄ longitudinem ⁊ latitudinem ⁊ altitudinē habet cui⁹ termini sunt supficies Linea erecta supra supficiē ē que cū singulis sibi ꝓterminalibus lineis in ea supficie expās is angulos rectos facit.linea aūt hec supra eā superficiē perpendicularis esse ⁊ ad eādē orthogonaliter insistere dicitur.

¶ Intelligat̄ cui linea.a.b.exurgere supra planū: ita q̄ pūctus.a.imaginet̄ i aere ⁊.b.in plano ⁊ a pūcto b.ducant̄ plures linee in eodem plano ut.b.c. b.d.⁊ quotlibz alie. Si igit̄ ita fuerit q̄ linea .a.b.cū linea b.c.⁊ cū linea.b.d.⁊ cū qualibet alia linea ꝓtracta a puncto.b.i plano illo angulū





rectũ cõtineat ipsa dicetur esse perpendicularis ad illã superficiẽ in qua ꝓtracte sũt hee linee videlicet.b.c.ꝛ.b.d.ꝛ alie cũ quibus ipsa ponit̃ continere angulũ rectũ.

¶ Superficies autẽ erecta sup̃ supficiẽ est quotiẽs puncto vno eodem linee que est cõmunis terminus illaꝝ supficieꝝ due perpendiculares cõterminales supstant que rectũ cõtinentes angulũ in eisdẽ supficie/bus site sunt. ¶ Verbi grã imaginemur supficiẽ.a.b.c.d.exurgere supficiẽ vero.c d.e.f. iacere: ꝛ intelligamus lineam .c. d.esse communem terminum ambarum in ea itaqꝫ signet̃ punctus.g.a quo ad lineã.c.d .extrahant̃ due linee perpendicu/lares vna vidꝫ i superficie.c.d.e.f .que sit.g.k:ꝛ alia i supficie.a.b.c.d.que sit.g.h si igitur angulus quẽ continent hee due linee perpendiculares videlicet.g.h.ꝛ.g.k. erit rectus supficies.a.b.c.d.dicitur orthogonaliter erecta super supficiẽ.c.d.e.f.

¶ Superficies equidistãtes sunt que in vtrãlibꝫ partem protracte nõ concurrent et si in infinitum producantur. ¶ Intellectum est quod dicit̃. Scire tamẽ debes ꝙ omnes plane supficies aut sunt equidistantes ab inuicem aut in omnẽ partẽ ꝓtracte cõcurrent alicubi ꝛ super rectã lineã se secabunt lineas autẽ rectas nõ ẽ necessariũ vt̃ eẽ equidistantes vel in vtrãqꝫ ptẽꝫ protractas concurrere Quippe que in eadẽ supficie nõ sunt nec equidistant ab inuicẽ nec tñ quantũlibet protracte cõcurrent. ¶ Equa corpora sunt atqꝫ similia quoꝝ termina les superficies numero ac quantitate equales vnius creationis sunt at qꝫ similes similia corpora sunt que similibus superficiebus numero equalibus continentur. ¶ Si has duas diffinitiones de corporibus equa/libus ꝛ similib⁹ nõ intelligis ad diffinitionẽ similium superficieꝝ posita in princi/pio sexti recurre. ¶ Corpus seratile dicitur qõ quiqꝫ superficiebus qua/rum tres paralellograme sunt due vero triangule continentur.

¶ Domui quatuor parietes equidistantes habenti tectũ vnico fastigio supremis duarum parietum lateribus equali ꝛ equidistanti suppositum seratilis corporis expressam similitudinem gerit. ¶ Spera est transitus arcus circũferentie dimidij circuli quotiens sumpto vel supremo semicirculo lineaqꝫ di ametri fixa donec ad locum suum redeat arcus ipse circumducitur.

¶ Super quãlibet lineã semicirculo descripto si linea illa fixa semicirculus tota re uolutione circũducatur corpus quod describitur spera nominat̃ cuius centrũ con/stat esse centrum semicirculi circũducti. ¶ Piramis laterata est figura cor/porea quã cõtinent superficies ab vna quaꝝ relique sunt ad vnũ op/positum punctũ sursum erecte. ¶ In omni laterata piramide cuncte supfici/es ipsam ambientes ab ipsius basi ad vnum punctũ subleuãtur qui conus pirami/dis dicitur suntqꝫ omnes hee laterales supficies triangule:basis vero frequẽter nõ est triangula. ¶ Piramis rotunda est figura solida:estqꝫ transitus tri anguli rectanguli alterutro suorum laterum rectum angulum contineẽ tium fixo ꝛ donec vsqꝫ ad locum vnde moueri cepit redeat triangulo ipso circũducto. Si autem latus fixum lateri circũducto fuerit equale erit figura rectangula. Si vero longius acutiangula. Si vero brem⁹ obtusiangula erit. Axis aũt ipsi⁹ figure ẽ latus fixũ. Basisqꝫ sua cir/culus Dicitur autem figura hec piramis columne rotunde.

¶ Sit trigonus.a.b.c.rectũ angulũ habens qui sit.b.figaturqꝫ alteꝝ duoꝝ laterũ ambiẽtiũ rectũ angulũ.b.sitqꝫ latus .d figit̃.a.b.quo fixo circũducat̃ trigon⁹ quo/

usq3 ad locũ vnde moueri cepit redeat: corporea ergo figura que huius trigoni motu describitur rotunda piramis appellat: cui⁹ tres sũt dñe. Alia eni est rectangula alia acutiangula. Tertia obtusiangula Et prima quidẽ ẽ qñ latus.a.b.lateri.b.c.fuerit equale. Esto eni ut linea.b.c.cũ rotatu trigoni puenerit ad situ lineę.b.d.ita q̃ punct⁹.c.cadat sup̃ pũctũ.d.fiatq3 linea vna.hoc ẽ vt ipsa tunc p̃iungat situi a quo moueri cepit scõm rectitudinẽ: eritq3 linea hic q̃si.b.c.d.ꝛ qꝛ ex.32.p̃mi ꝛ.5.ciusdẽ angulus .c.a.b.ẽ medietas recti erit angulus.c.a.d.rectus.ideoq3 piramis hec dicitur rectangula. Si autẽ latus.a.b.sit longius latere.b.c.erit acutianguli: erit eni tunc ex.32.primi ꝛ.19.ciusdẽ angulus.c.a.b.minoꝛ medietate recti. ideoq3 totus angulus.c.a.d.ẽ mioꝛ recto ꝛ acutus: quare piramis acutiangula. Qd̃ si latus.a.b fuerit breuius latere.b.c.erit angulus.c.a.d.maioꝛ medietati recti ex.32.primi et 19.ciusdẽ ꝛ totus.c.a.d.qui ẽ duplus ad ipsũ.c.a.b.maioꝛ recto ꝛ obtusus. igitur ꝛ piramis cõuenienter tũc dicit obtusiangula. Axis autẽ huius piramidis dicit linea.a.b. basis vero eius circulus quẽ describit linea.c.b.super centꝛ.b.dicit quoq3 hec piramis columne rotunde illi⁹ videlicet quã motu suo desciberet palellogrammum p̃ueniens ex.a.b.ꝛ.b.c.latere.a.b.manente fixo.



¶ Figura corporea rotunda cuius bases sunt circuli duo plani extremitatibus ꝛ crassitudine idest altitudine equales est transitus paralellogrami rectanguli latere rectũ angulum continente fixo ipsaq3 sup̃ficies donec ad locũ suũ redeat circunducta diciturq3 hec figura columna rotũda. Columne itaq3 rotunde atq3 spere circuliq3 vnũ atq3 idẽ est centrũ. ¶ Sit palellogramũ rectangulũ.a.b.c.d.figuratq3 latus.a.b.ꝛ eo fixo totũ palellogramũ quousq3 ad locũ suũ cadat vel redeat circũducat: corporea ergo figura huius palellogrami motu descripta rotunda columna nominatur cuius bases sunt duo circuli centrum est punctus.b.alter vero est quem motu suo designat linea.d. a.ꝛ eius centrum est punctus.a. Axis autem.huius columne dicitur linea.a.b.que manet fixa in motu palellogrami. Qd̃ si imaginati fuerimus paralellogram m.a.b .c.d.cum peruenerit rotatu suo ad situm.a.b.e .f.conuungi situi a quo moueri cepit secundum continuitatem superficiei plane: vt scilicet totũ sit vnũ palellogramũ.d.c.e.f.ꝛ protraximus in eo diametrũ. d.e. erit quoq3 diameter .d. e.diameter colũne. Qd̃ autẽ dicit columne ꝛ spere ꝛ circuli idem esse centrũ: intelligi dꝛ cũ hoꝝ vna ẽ eadẽq3 diameter. Verbi grã diximus eni q̃. d.e.ẽ diameter istius colũne Sperã igit atq3 circulũ quoꝝ diameter est linea.d.e. necesse est idẽ centꝝ habere cũ centro p̃posite colũne. Sit eni vt linea. d.e.secet lineam a.b.in puncto.g.eritq3 .g.centꝝ columne: diuidit eni axem colũne p̃ equalia ꝛ diametꝝ colũne p̃ equalia qd̃ pꝛ p.25.primi nam anguli qui sunt.a.d.g. sunt equales ex.15.primi ꝛ anguli qui sunt ad.a.ꝛ.b.recti ex ypothesi: linea quoq3.a.d.ẽ equalis lineę.b.e.itaq3.d.g.est equalis.e.g.ꝛ.a.g.equalis.g.b.cunq3 anguli.c.ꝛ. f.sunt recti si super punctũ.g.scõm spaciũ.d.g.ac super lineã.d.e.circulus describat trãsibit ex cõuersa prime ptis.30.tertij per puncta.c.ꝛ.f.itaq3 punctum.g. est centrũ circuli cuius diameter est diameter columne.ideoq3 ꝛ spere: quare manifestum est omni paralellogramo rectangulo circulum omniq3 columne rotunde speram esse circũscriptibiles. Sicq3 patet q̃ voluit istud theoreuma.



¶ Angulus corporeus siue solidus est quem continent anguli plani plures q̃3 duo qui in vna superficie siti ad vnum punctum angularem



conueniunt. ¶ Duo anguli plani angulum solidum perficere nequeunt sicut nec due recte linee nequeunt superficiem claudere. Angulos quoqz planos solidũ angulum continentes in eadẽ superficie nõ conuenit esse sitos sed in diuersis quẽadmodũ duas rectas lineas planũ perficientes angulum non conuenit sibi inuicem secũdũ sitũ rectitudinis applicari. ¶ Similes sunt figure corporee rotũde siue sit colũne siue earũ piramides quarẽ axes diametris suarũ basiũ sunt proportionales. ¶ Propositis enim duabus piramidibus rotundis aut duabus columnis rotundis si fuerit proportio axis vnius earẽ ad diametrum sue basis sicut axis alterius ad diametrum sue basis ille due columne aut piramides similes adinuicem esse dicuntur.



Propositio .1.

Linee recte partem esse in plano ⁊ partem in sublimi ẽ impossibile.

¶ Sit linea.a.b..recta.dico q̃ non est possibile ut pars eius sit in plano ⁊ pars sursum eleuata. si enim est possibile sit pars eiꝰ que est.a c.sita.in plano ⁊ pars eius que ẽ.c.b. in sublimi posita ⁊ protrahat directe.a.c.in plano in quo ipsa sita est vsqz ad.d.critqz vt vni eidemqz linee que est linea.a.c.due linee penitꝰ diuerse que sũt linee.c.b.⁊.c.d.ex eadẽ parte directe adijciant qõ est ipossibile:ex.13.primi.



Propositio .2.

Omnes linee due quarum altera alteram secat in vna superficie site sunt omneiqz triangulus in vna supficie totus consistit.

¶ Sint due linee recte.a.b.⁊.c.d.se inuicem secantes in puncto.e.dico eas esse in superficie vna ⁊ omnẽ triangulũ dico esse in superficie vna totũ.signetur enim punctus.f.in linea.c.d.⁊ punctũ.g.in linea.a.b.⁊ ducat linea.f.g. Quia igitur impossibile est ptez trianguli.e.f.g.esse in plano ⁊ ptem i sublimi quin etiam suarum terminaliũ linearẽ vnius aut plurium pars similiter sit in plano.⁊ pars similiter in sublimi cum de lineis hoc sit impossibile per premissam erit quoqz impossibile de triangulo.itaqz totus triangulus.e.f.g. est in superficie vna. Ex hac igitur secũda parte ⁊ premissa cõstat prima ps huius secunde propositionis.

Propositio .3.

Omnium duarum superficierẽ se inuicẽ secantiũ cõmunis sectio est linea recta.

¶ De planis superficiebus intellige ⁊ verum erit qõ dicitur. Sint itaqz due superficies plane.a.b.⁊.c.d.se inuicem secantes dico q̃ earũz cõmunis sectio erit linea recta. Esto enim duo pũcta.e.⁊.f.termini cõmunis sectionis earẽ que cõtinuent per lineã rectã que sit.e.f.si igitur linea.e.f.est in vtraqz duarẽ supficierẽ.a.b.⁊.c.d.ꝓstat ꝓpositũ:at vero si in neutra aut si nõ in altera:cũ ambo puncta.e.⁊.f.sint in vtraqz supficierẽ.a.b.⁊.c.d .in ea superficie in qua ipsa nõ fuerit protrahat linea recta que sit.e.b.f.erũt igit due recte linee.ef.⁊.e.b.f.hãtes duos terminos cões qõ ẽ ipossibile.sic enim due recte linee includerẽt superficiẽ qõ ẽ ꝑ petitionẽ vltimã ꝑmi libri.



Propositio .4.

Si fuerit linea orthogonaliter ab inscisione duarum linearum erecta intersecantium se: ipsa ad earundem superficiẽ perpendicularis erit.

¶ Sit linea.a.b. orthogonaliter erecta super inscisionẽ duarẽ linearũ

c.d.⁊.e.f.secātiū se in puncto.b.de quibus ꝓstat p antepremissā q̄ ipse sunt site in vna superficie dico q̄ linea.a.b.ꝑpendicularis ē ad ipsaꝝ supficiē. Sint enī.c.b .⁊ b.d.equales at vero.f.b.⁊.b.e.equales ⁊ ꝓtrahantur lineē.e.d.⁊.c.f.que erūt equales per.4.primi ⁊ equidistantes p.27.eiusdē. Signato itaq̄ puncto aliquo i linea e.d.qui sit.g.ducatur linea.g.b.b.eritq̄ ex.26.primi .e.g. equalis.f.b. igitur a puncto a.vel quouis puncto lineē.a.b.demittantur ypothenusaliter lineē.a.c.ad.a.e.a.f.a. g.a.b.eritq̄ ex.4.primi.a.c.equalis.a.d.⁊.a.c.eq̄lis.a.f. Itē p.8.eiusdē eq̄lis erit angulus.a.c.d.eq̄lis āgulo.a.f.c.ergo per.4.ipsi⁹ erit.a.g.eq̄lis.a.b. ⁊ ideoq̄ p.8. eiusdem erit angulus.a.b.g.equalis angulo.a.b.b.quare ex diffinitione vteraq̄ ē rectus ⁊ linea.a.b.ꝑpendicularis ad lineā.g.b. Simili quoq̄ mō ꝓbabis cādē esse ꝑpendicularē ad oēs lineas ꝓtractas a puncto.b.in supficie duaꝝ lineaꝝ.c.d.⁊.e. f.igitur ex dione constat lineā.a.b.eē ꝑpendicularē ad supficiē i qua site sūt due lineē c.d.⁊.e.f.seinuicē secātes qd ē ꝓpositū.

Propositio .5.

Si super tres lineas cōterminales cōi eaꝝ termino erecta linea quedā orthogonaliter insistat eedē tres lineē i vna superficie site erunt. Sit linea.a.b orthogonaliter erecta super cōem terminū triū lineaꝝ.b.c.b.d.b.e.angulariter se cōtingentiū in puncto.b.quaꝝ nulla alij directe applicetur qd idem ē ac seinuicem secent in puncto.b. protracte enī se secabunt dico q̄ tres lineē.b.c.b.d.b.e.sunt in vna superficie site. Constat autē de quibusq̄ caꝝ duab⁹ q̄ ipse sunt in vna superficie site per secāam hui⁹ vel p primā ptē.2 .hui⁹.si igitur linea.b.d.nō fuerit in supficie duaꝝ lineaꝝ.b.c.⁊ b.e.sed ille duo i plano:hoc autē in sublimi:erit vt hec superficies in qua site sunt due lineē.a.b.⁊.b.d.si protrahatur ⁊ p illud qd notū est sup quartā secet illā in qua site sunt.b.c.⁊.b.e.eritq̄ per.3.huius cōis caꝝ sectio linea recta ⁊ ipsa sit.b.f.qr igitur ex premissa linea.a.b.ē ꝑpendicularis ad superficiē duaꝝ lineaꝝ.b.c.⁊.b.e.sequitur ex diffinitione vt ipsa sit perpēdicularis ad lineā b.f.quare angulus.a.b.f.est rectus cumq̄ etiā angulus.a.b.d.sit rectus ex ypothesi.sequitur ipossibile videlicet ptē suo toti eē equalē.

Propositio .6.

Si fuerint duē lineē super vnā supficiē ꝑpendiculares eas eq̄distātes eē necesse est. Sint duē lineē.a.b.⁊.c.d.ꝑpendiculares ad vnā superficiē dico eas esse equidistantes:protrahat enim linea.b.d.eruntq̄ ex dione duo anguli.a.b.d.⁊.c.d.b.recti.si igitur duē lineē.a.b.⁊.c.d.sint in superficie vna ipse sunt equidistantes p secāam partē.28.primi:ipsas autem esse in superficie vna sic collige:a puncto.b. super lineam.b.d.in plano cui perpendiculariter insistunt.a.b.⁊.c.d.ꝓtrahe orthogonaliter lineam.b.f.⁊ ex linea.c.d.sume.d.e.equalem.b.f.⁊ protrahe lineas.e.b.⁊.e. f.erunt igitur duo latera.e.d.⁊.d.b.trianguli.e.d.b.equalia duob⁹ lateribus. f.b.⁊ d.b.trianguli.f.d.b.⁊ angulus.e.d.b.equalis angulo.f.d.b.cū vteraq̄ sit rect⁹. itaq̄ per quartā primi linea.b.e.ē equalis lineē.d.f.itēq̄ cū duo latera.e.b.⁊.b. f.trianguli.e.b.f.sint equalia duobus lateribus.f.d.⁊.d.e.trianguli.f.d.e.⁊ basis.e.f. cōis erit p.8.primi angulus.e.b.f.equalis angulo.f.d.e. cū vteraq̄ sit rect⁹ :qr igitur angul⁹.f.d.e.ē rect⁹ a dione erit etiā angul⁹.e.b.f.rect⁹:itaq̄ linea.f.b. ꝑpēdiculariter ē erecta sup cōem terminū triū lineaꝝ.b.a.b.d.b.e.se ꝓtingētiū angulariter i puncto.b.q̄re p p̄missā ipse sūt i supficie vna:cū igitur ex p̄ma parte h⁹ secāe linea.e.d





sit in eadem superficie. cum vtraq3 linearum.e.b.7.b.d.sequitur.a.b.7.c .d.esse ī superficie vna: Constat ergo propositum.

Propositio .7.

Si in duabus lineis equidistantibus duob9 punctis signatis ab altero ad alterū recta linea ducat̄: in qua superficie ille due linee site sunt eam quoq3 in eandem sitam eē necessario comprobatur.

Sint due linee. a.b .7. c.d. equidistantes de quibus constat per diffinitiōnem q̄ ipse sunt in superficie vna: in eis autem signentur duo puncta e.7.f.7 producatur linea recta.e. f.dico itaq3 lineam.e .f.esse sitam in superficie linearum.a.b.7.c.d. Sin autem sit.e.f.in alia superficie vt in sublimi dependens q̄ superficies si protrahatur secabit necessario superficiē in qua site sunt due linee.a. b.7.c.d.eritq3 per.3.huius cōmunis sectio earum linea recta eisdem punctis terminata quod est impossibile.sic enī due recte linee cōcluderent superficiem.

Propositio .8.

Si in idem planū due recte linee equidistanter erigantur altera vero earum orthogonaliter sistat reliquam quoq3 ad idem planum perpendicularem esse conueniet.

Hec est quasi conuersa sexte. Sint enim due linee.a.b.7.c.d.equidistantes et sit earum altera vt.c.d. erecta perpendiculariter super superficiē quālibet: dico reliquā earum que est.a.b.esse perpendicularem ad eandē superficiem. Fiat enim prorsus eadem dispositio que in sexta: eritq3 vt ibi vterq3 duoꝝ angulorꝝ.f.d.b.7. f.b.c.rectus: primus quidem per positionem.secūdus autē per .8.primi: quare p.4.hui9 linea.f.b.ē ppendiculariter erecta super supficiem ī qua sunt due linee.b.d.7.b.e.cūq3 per premissā due linee.a.b.7.c.d.sint in eadem superficie cum duabus lineis.b.d.7.b.e.sequitur lineā.f.b.esse ppēdiculariter erectā supra superficiē in qua est linea.b.a.a diffinitione igitur erit angulus.f.b.a.rectus 7 q2 etiam angulus.d.b.a.est rectus per vltimā partē.29.primi: sequitur per quartam huius lineam.a.b.esse perpendicularem ad superficiem in qua site sunt due linee.b.d.7.b.f.quare constat propositum.

Propositio .9.

Si due linee vni non in vna superficie equidistāt eas quoq3 sibi inuicem equidistare necesse est.

Sit vtraq3 duarum linearum.a.b.7.c.d.equidistās linee.e .f. nec sint omnes in superficie vna: dico q̄ eedem quoq3 sibi inuicem sunt equidistantes: de his quidē que sunt omnes in supficie vna probatū est per.30.primi: at vero de his que in vna supficie non sunt vt est hic.e.f. que intelligatur sursū erecta ī sublimi. restat hoc loco probandū. signetur itaq3 in ea pūctus.g.a quo educantur due perpēdiculares ad duas lineas .a.b.7.c.d.que sint.g b.7.g.k.eritq3 per.4.huius linea.e.f.perpendicularis ad superficiē videlicet illam in qua sunt site due linee.g.b.7.g.k. itaq3 per premissā bis assumptā vtraq3 illaꝝ duaꝝ lineaꝝ.a.b.7.c.d. ppendicularis ē ad eandē supficiē videlicet ad illā in qua site sunt dicte due linee.g. b.7.g.k.p sextā hui9 igitur ipse sunt sibi inuicē equidistantes qd̄ est propositū.



Propositio .10.

Si due linee se angulariter contingentes duabus alijs se cōtingentibus eis oppositis equidistantes fuerint: nō aūt in superficie vna qui ab eis fiunt duo anguli eque sibi inuicem esse comprobantur.

Sint due linee: a.b. ⁊ a.c. se angulariter contingentes in puncto.a equidistantes alijs duabus que sunt.d.c. ⁊ d.f. se quoqz angulariter contingentibus in puncto.d.nec sint cum eis i superficie vna: dico angulū.a. esse equalē angulo.d. Esto enī linea.d.c. equalis linee.a.b. cui ipsa posita est esse equidistans. ⁊ d.f. equalis.a.c. cui etiā ipsa equidistare ponit ⁊ ducant linee.d.a. ⁊ c.b. ⁊ f.c. eritqz ex.33.primi bis assumpta vtraqz duaꝝ linearꝝ.b.c. ⁊ e.f. equalis ⁊ equidistans linee.a.d. per conceptionē igitur ⁊ premissam eedē sunt equales ⁊ equidistantes sibi inuicem. ⁊ itaqz per.33.primi denuo repetitā due linee.b.c. ⁊ e.f. sunt etiā equales ⁊ equidistātes: igit per.8. primi cōstat ꝓpositū.



Propositio .11.

Puncto in aere assignato ab eo ad datam superficiem perpendicularem ducere

Sit punctus.a. sursum in aere a quo volumus ad superficiē subiacentem perpendicularem ducere: ducat igitur in plano illo: linea.b.c vtcūqz cōtigerit ad quā ab ipso puncto.a. ducat perpēdicularis.a.d scōm doctrinā.12.primi rursusqz a puncto.d. in plano illo ad qō ducenda est perpendicularis a puncto.a. extrahat linea.d.e. que sit perpendicularis ad lineā .b.c vt docet.11.primi. Ad hanc quoqz lineā.d.e. ducat alia linea perpēdicularis a puncto.a. que sit.a.f. hanc dico esse eā quā intēdimꝰ. Sit enī linea.f.g. equidistās linee b.c. ⁊ qꝛ vterqz duoꝝ angulorꝝ.b.d.a. ⁊ b.d.f. est rectus: erit ex quarta huiꝰ linea b.d. perpendicularis ad supficiē in qua est triangulus.a.d.f. idcoqz etiā p.8. huiꝰ erit linea.g.f. ꝑpendicularis ad candē superficiē: igit a diffinitione erit angulus.g f.a. rectus: cūqz etiā angulus.d.f.a. sit rectus: sequit ex quarta huius lineā.a.f. esse ꝑpendicularē ad superficiem in qua sunt due linee.d.f. ⁊ f.g. qō est propositum



Propositio .12.

Superficie ꝑposita punctoqz in ea assignato ab eo puncto ad datam supficiē lineā orthogonaliter erigere. Cū a puncto quolibet in superficie ꝑposita assignato ꝑpendicularem educere libuerit a quolibet puncto sursum in aere ad libitum posito ad candē supficiē ꝑpēdicularē quēadmodō ꝑmissa docuit demittere que si i assignatū punctū ceciderit ipsa ē quā queris. Sin aūt ab ipsa assignato pūcto ad demissā perpendicularē equidistantem ducito: eā qz per.8.huius probabis ēē quam queris.

Propositio .13.

Duas lineas super pūctū vnū ad supficiē vnā orthogonaliter isistere ē ipossibileē. Si enī possibile ē vt due linee vni eidē qz supficiei sup punctū vnū ꝑpendiculariter insistāt supficies i q̄ ipse ꝑpendiculares site sūt itelligat ꝓduci quousqz secet supficiē cui dicte linee ꝑpendiculariter isistūt eritqz per.3.huiꝰ cōmunis eaꝝ sectio linea recta: ⁊ qꝛ ex diffinitione vtraqz illaꝝ duarū perpendiculariū cū cōmuni sectione cōtinet angulum rectū sequitur ut angulus rectꝰ sit ꝑs anguli recti qō est impossibile. Quēadmodū aūt demonstratū est impossibile esse ab vno eodem puncto extra supficiem



duas lineas super punctum vnum ad eandem superficiem esse perpendiculares ita etiam demonstrabimus impossibile esse duas lineas ab vno eodemq3 puncto extra superficiem signato ad eandē superficiem protractas ad ipsā esse perpendiculares. Si enim hoc fuerit ipse erunt equidistantes ex.6.huius qd est impossibile ex diffinitione linearū equidistantium. Constat igitur ex hac ꝙ si aliqua superficies plana aliā planā superficiem orthogonaliter secet ⁊ ab aliquo puncto secantis superficiei ad superficiem sectam perpendicularis ducatur: in cōmuni earū sectione eam cadere necesse est. Alioquin ab eodem puncto secantis superficiei ad cōmunē earum sectionem perpendicularis protrahatur ut docet.12.primi ⁊ a puncto i quo incidit cū cōmuni sectione alia perpendicularis ad eandē cōmunē sectionē in superficie secta educatur ut docet.11.primi: eritq3 ex diffinitione superficiei super aliam superficiem orthogonaliter erecte angulus quē cōtinent hee due linee perpendiculares rectus: quare per quartā huius prima harū duarum perpendicularium etiam est perpendicularis etiā ad superficiē sectā. ergo ab vno puncto protracte sunt due linee perpendiculares ad eandē superficiem quod est impossibile: relinquitur itaq3 propositum nostrum.

Propositio .14.

Si linea vna super duas superficies assignatas orthogonaliter insistat: ille due superficies si etiā in infinitū i quācunq3 partem protrahantur nunquā concurrēt.

Posita enī linea vna duabus superficieb9 orthogonaliter insistere si possibile ē supficies illas cōcurrere in earū cōi sectione que per.3.huius erit linea recta: punctusq3 quocunq3 modo signet a quo due linee in illis duabus supficieb9 ad lineā illā que ipsis ꝓpendiculariter supstat ꝓtrahat: eritq3 constitutus triangulus ex his duab9 lineis ⁊ perpēdiculari hui9 itaq3 trianguli vterq3 duorū angulorū qui superpendicularē cōsistūt ē recti9 vt p3 ex dione linee supra supficiē ꝓpendiculariter stantis hoc aūt ē ipossibile per.32.primi.

Econuerso quoq3 videlicet si super duas superficies equidistātes linea recta ceciderit que ad alteram earum perpendicularis sit ipsa quoq3 perpendicularis erit ad reliquum. Positis enim duabus superficiebus equidistantibus intelligatur linea recta ambas penetrans que alteri earū ꝓpendiculariter superstat: dico ꝙ eadem linea reliquę superficiei ꝓpendiculariter superstat. Sit enim superficies vna secans positas superficies equidistantes super lineam eas penetrātē eritq3 cōis sectio huius supficici secātis ⁊ alteri9 sectarū videlicet illi9 cui linea penetrās ponit ꝓpendiculariter insistere cōtinēs angulū rectum cū ipsa linea penetrāte ex dione linee ꝓpēdicularis ad supficiē: si igit alia cōis sectio ipsi9 supficiei secātis ⁊ reliq duarū sectarū cū eadē linea penetrāte nō ꝓtineat angulū rectū erit ex vltima petitione pimi vt ille due cōes sectiōes i alterutrā ptē protracte necessario ꝓcurrāt quare ⁊ supficies que posite sūt equidistantes necessario ꝓcurrēt. ⁊ qr hoc ē ipossibile erit ille angul9 rect9 codēq3 modo erit de qualib3 alia supficie casdē supficies eqdistātes secāte sup eandē lineā: igit ex ārta b9 ⁊ ex ista.14. constat verū ēē qd dixim9.

Propositio .15

Si fuerint due linee se continentes angulariter equidistantes alijs duabus se contingentibus non autem in superficie vna ab eisdem lineis contente due superficies in nulla parte quantūcunq3 producantur possunt concurrere.



¶ Sint due linee.a.b.⁊.a.c.se angulariter contingentes in puncto.a. equidistantes duabus lineis.d.e.⁊.d.f.se angulariter contingentibus in puncto.d. ⁊ nõ sint in superficie vna: dico eax superficies i quãcũq; ptẽ ⁊ quãtũcũq; protrahant nunq; concurrere: protrabatur ⁊ eni a puncto.d. put docet.5.huius perpendicularis ad superficiẽ duax lineax.a.b.⁊.a.c.sitq;.d.g.⁊ a puncto.g.ducatur.g.h.equidistãs.a.b.⁊.g.k.equidistans.a.c.eritq; ex diffinitione vterq; duox angulorum.d.g.h.d.g.k.rectus ⁊ per.9.erit linea.d.f.equidistans linee.g.k.⁊ linee.d.e.equidistans linee.g.h.quare p vltimã ptem.29.primi vterq; duox angulorum.e.d.g.f.d.g.erit rectus: ideoq; per quartã huius linea.d.g.erit ppendicularis ad supficiem duax lineax.d.e.⁊.d.f.cunq; ipsa eadem sit etiã ex ypothesi perpendicularis ad superficiẽ duarum linearum.a.b.⁊.a.c.igitur ex premissa liquet quod ẽ ppositum

Propositio .16.

Si duas superficies equidistantes vna superficies secet cõmunes eax sectiones equidistantes erunt.

¶ Constat equidem ex tertia q̃ vna superficie quascũq; duas superficies equidistantes secante cõmunes earum sectiones erunt due lineе recte: que cũ sint ambe site in superficie secante. si ipse nõ fuerit equidistantes ponantur ad quotlibet vnum punctum concurrere: erit itaq; vt vnꝰ atq; idẽ punctus sit in vtraq; illax duax sectionũ cõmunium cuiq; vna illax communiũ sectionũ sit in vna duax supficiex sectax ⁊ reliqua in altera. sequit supficies illas que posite sunt esse equidistantes concurrere: hoc autem impossibile est. Erũt igitur cões earum sectiones equidistantes quod est propositũ. ¶ Ex hac ⁊ premissa potes elicere conclusionẽ vnã similem.30.primi videlicet istam. Si fuerint due superficies vni equidistantes ipse quoq; erunt adinuicẽ equidistantes. Positis eni tribus superficiebus quarum vtraq; duax extremarũ equidistet medie dico q̃ necesse est ipsas extremas equidistare adinuicem. secentur omnes illi tres superficies duabus superficiebus se quoq; inuicem secantibus: erũtq; ex hac.16.cõmunes sectiones duax extremax superficiex equidistantes sectionibus medie: quare ex.30 primi ipsi etiã sectiones duax extremax superficiex erant equidistantes adinuicẽ. Et quia ipse contingunt se in cõmuni sectione duax superficiex tres positas superficies secantium ex premissa euidenter constat quod diximus.

Propositio .17.

Si superficies tres vel plures equidistantes duas rectas lineas ꝛcinuicem contingentes vel equidistantes secẽt illarum linearum portiones proportionales esse probantur.

¶ Intelligant eni due recte linee penetrantes qualitercũq; cõtigerit tres superficies equidistantes aut etiã plures tribus. dico itaq; duas portiones illax linearum inter quaslibet duas lineas superficies interceptas proportionales esse quibusque duabus inter alias duas ex illis equidistantibus supficiebus interceptis. Coniungant enim due extremitates illax duax linear̃ ducta inter eas linea vna diagonalit: eritq; hoc diagonalis cũ vtraq; illarũ duax linear̃ penetrãtiũ supficies ppositas in supficie vna illas equidistantes supficies positas secãte. si ergo hax supficiex cões sectiões q̃ p premissã erũt equidistãtes cogitatõe protraxeris ex prima parte secunde sexti constabit propositum.

Propositio .18.



Si in superficie assignata orthogonaliter steterit: linea ois superficies a linea illa quorsum libet ducta ad eandem assignatam superficiem erit orthogonaliter erecta.

¶ Sit enim linea.a.b.erecta perpendiculariter sup assignatã superficiẽ & a linea.a.b.pducat̃ superficies quorsũ libuerit :quã dico sup propositam superficiem esse perpendiculariter erectam.cum enim ipsa secet superficiem assignatam: erit earum cõmunis sectio linea recta ex.3.huius.sitq3.b.d.in hac ergo cõmuni sectione signato puncto quolibet qui sit.d.extrahatur ab eo In superficie que producta est a linea.a.b.linea quedã ppendicularis ad lineã .b.d. que sit d.c.critq3 ex secunda pte.28.primi linea.c.d. equidistans:linee. a.b. ideoq3 ex.8. huius linea.c.d.est etiã perpendicularis ad superficiẽ propositã:quia ergo hoc modo quelibet linea protracta orthogonaliter a quolibet puncto linee .b. d.ad ipsam lineam.b.d.in ipsa superficie que producta est a linea.a.b.est perpendicularis ad propositã superficiem ex diffinitione superficiei supra superficiẽ orthogonaliter erecte:cõstat vez esse qõ propositũ est.

Propositio .19.



Si due superficies se inuicẽ secantes supra vnam superficiem erecte fuerint orthogonaliter cõmunis earum sectio ad eandem superficiem perpendicularis erit.

¶ Sint due superficies.a.b.⁊.c.d.se inuicem secantes erecte orthogonaliter super assignatã superficiez:sitq3 cõmunis eaz sectio linea recta.e.f.hanc dico esse perpendiculare ad assignatã superficiem.alioquin a puncto f.qui est cõis termin⁹ sectionũ duaz superficiez secantiũ:⁊ tertie supficiei secte pducat̃ vna linea recta que sit.f.g.in superficie.a.b.perpẽdicularis ad supficiẽ assignatã.itẽq3 ab eodẽ pũcto ducat̃ alia perpendicularis ad eandẽ supficiẽ que sita sit in superficie.c.d.⁊ ipsa sit.f.h.eruntq3 due linee.f.g.⁊.f.h.orthogonaliter insistentes super punctũ vnũ ad supficiẽ assignatã:hoc aũt impossibile per. 13.huius Tales aũt lineas posse ptrahi a puncto.f.in vtraq3 duaz superficiez.a .b.⁊. c.d. cũ.e.f.nõ fuerit perpẽdicularis ad assignatã superficiẽ dubitare nõ cõuenit. Intelligat̃ quidẽ linea.f.h.cõis sectio superficiei.a.b.⁊ supficiei assignate ⁊ linea.f.d.superficiei.c.d.⁊ supficiei assignate. Si igit̃ linea.e.f.fuerit ppendicularis ad vtranq3 duaz lineaz.f.h.⁊.f.d.ipsa etiã erit perpendicularis ad supficiẽ assignatã ex q̃rta huius.si aũt ad neutrã sit.f.g.ppendicularis ad.f.h.⁊.f.h.perpendicularis ad.f.d deinde a puncto.f.ptrahe in superficie assignata vnã lineã ppendiculare ad lineã f.h.q̃ ex dione supficiei sup aliã supficiẽ orthogonaliter erecte cũ linea.f.g.ptinebit angulũ rectũ:p quartã igit̃ hui⁹ erit linea.f.g.ppendicularis ad superficiẽ assignatã Eodẽ quoq3 mõ ptracta alia linea a puncto.f.i supficie assignata q̃ sit perpendicularis ad lineã.f.d.sequet̃ ex dione predicta ⁊ ex quarta hui⁹ lineã.f.h.eẽ ppẽdiculare ad supficiẽ assignatã qõ ẽ impossibile p.13.huius. Qõ si ponitur lineã.e.f. esse ppendiculare ad lineã.f.h.sed nõ ad lineã.f.d.sequet̃ modo consimili duas lineas.e.f.⁊.f.h.esse perpendiculares ad superficiem assignatam :qõ nihil minus ẽ impossibile.

Propositio .20.

Si tres anguli supficiales solidũ angulũ ptineãt illoz triũ angulorum quiq3 duo piter accepti reliquo sũt maiores.

¶ Sint tres linee. a.b.a.c.a.d.piramidaliter erecte supra superficiem.b .c .d. continentes tres superficiales angulos ex quib⁹ solidus

perficitur angulus in puncto.a. dico quoslibet duos ex ipsis superficialib⁹ angu/
lis solidum angulum in puncto.a.constituentibus pariter acceptos tertio eē maio
res. Si enī bi tres anguli superficiales fuerint sibi inuicem eq̄les:aut si duo tantuz
equales tertio exīte minore vtrolibet duoꝝ equaliuz:ꝓstat ꝑ cōem scientiā verum
esse qd̄ dicitur. Qd̄ si eoꝝ vnus vtrolibet duoꝝ reliquoꝝ maior fuerit siue illi duo
ponant̄ equales siue non equales:adhuc constat illum maiorem cum vtrolibet duo
rū reliquoꝝ pariter acceptoꝝ tertio esse maiorē. Sed ⁊ illos duos minores pariter
acceptos hoc tertio qui maior vtrolibet ponitur esse maiores:sic collige. esto enim
trium propositorum angulorum superficialium angulis.c.a.d. maior vtrolibet re/
liquorum duoꝝ. Ex ipso ergo abscindam angulum.c.a.d.equalem angulo. b.a.d.
ꝑtracta linea.a.c.⁊ sumā ex hac linea.a.c.lineā.a.g.⁊ ex linea.a.b.lineā.a.f.quas
ponam esse equales ⁊ protraham lineam a puncto.g.qualitercūq; contingat in su
perficie duaꝝ linearuz.a.c.⁊.a.d.quousq; secet.a.c.in puncto.b.⁊.a.d. in puncto
k.⁊ ipsa sit.b.g.k.⁊ producā lineas.f.b.⁊.f.k.cum sit igitur.a.f.equalis .a.g. posi
ta.a.k.cōmuni erit per quartaz primi.f.k.equalis.k.g.⁊ qꝝ ex.20.prime due linee
b.f.⁊.f.k.sunt maiores linea.b.k.erit per cōceptionē.b.f.maior. b.g. ideoq; per
25.primi cū sit linea.a.f.equalis linee.a.g.erit angulus.f.a.b.maior angulo.b.a.
g.per cōceptionē igitur cōstat duos angulos.b.a.f.f.a.k.pariter acceptos eē ma/
iores angulo.b.a.k.qd̄ erat demonstrandū.



Propositio .21.

Omnis angulus solidus quatuor rectis ãgulis minor esse probatur.

Anguli solidi quantitas ex angulorꝝ superficialiū ipsū solidū con/
tinentium quantitate determinatur:hac ergo.21.proportiōaliter ꝑ/
ponit̄ quoq; quoslibet supficiales angulos solidū quēlibet cōtinētes
pariter acceptos quatuor rectis angulis esse minores. Sit enī triangula piramis
a.b.c.d.cui⁹ supremus angulus cū possit esse quilibet suoꝝ angulorꝝ hic tū sit.a.de
quo dico ꝙ tres supficiales anguli ipsū.a.ꝓtinentes sint minores quatuor rectis.
Constat enī ex.32.primi. 9.angulos triū ťangulorꝝ hanc piramidē circūstantium
⁊ ipsi sunt.a.b.c.a.c.d.a.d.b .esse equales sex angulis rectis:de trib⁹ aūt angulis
basis ei⁹ que ē triãgulus.b.c.d .cōstat quoq; ꝑ eandē ꝙ ipsi sunt equales duobus
rectis.cum igitur sex anguli trium triangulorꝝ predictorꝝ hanc nostram piramidē
de cuius supremo angulo disputamus circūdantiū:qui inq; sex anguli cum tribus
angulis basis reliquos tres angulos solidos piramidis continent:sint ex premissa
ter assumpta maiores tribus angulis basis:sequit̄ ipsos sex angulos esse maiores
duobus rectis: ex.nouē.igit̄ angulis trium triangulorꝝ piramidē circūdantiū bis
sex angulis demptis erunt ex cōmuni scia reliqui tres ⁊ ipsi sunt qui constituūt so/
lidū angulū.a.miores.4.rectis. Si aūt angul⁹.a.supmus i assūpta piramide plu/
rib⁹ angulis supficialib⁹quā trib⁹ ꝓtineat̄ qd̄ erit ꝑm multitudinē anglorꝝ sue basis:
cū igit̄ oēs anguli oim triangulorꝝ ipsā piramidē circūdātiū piter accepti sint ex.32
ꝑmi tot rectis angulis eq̄les quāt⁹ ē numer⁹ anglorꝝ sue basis duplicat⁹:eo ꝙ tot ne
cesse ē ēc triangulos piramidē circūdātes quot fuerit anguli sue basis. Lūq; omnes
anguli sue basis sint tot rectis angulis eq̄les quant⁹ ē numer⁹ angulorꝝ suoꝝ dupli/
catus: demptis inde.4.ut in.32.ꝑmi demonstratum est. Cunq; igitur omnes an/









guli triangulorꝫ piramidē circūdātiū qui sup latera basis ipsi⁹ piramidis cōsistunt pariter accepti sint maiores omnibus angulis basis piter acceptis vt euidēter constat ex premissa totiēs quot angulos basis habuerit repetita. adhuc necessario sequitur ex cōi scia supficiales angulos solidū angulū. a. continentes piter acceptos esse minores quatuor rectis: eo inquā minores quo oēs anguli trigonorꝫ piramidem circūdantium qui sup latera basis statute piramidis consistant excedunt oēs angulos basis pariter acceptos.

Propositio .22.

Si tres anguli superficiales quorꝫ quinqꝫ duo pariter accepti tertio sint maiores cunctis sibi inuicem equis lineis contineantur de tribus basibus angulos illos ab ipsarꝫ linearꝫ equalium terminis subtendēntbus triangulum substitui vel constitui possibile est:

¶ Sint tres supficiales anguli. b.a.c.e.d.f.b.g.k. vt ꝓponit: tales videlicet ut quiqꝫ duo corꝫ tertio sint maiores. sintqꝫ sex latera eos continentia equalia que sint a.b.a.c.d.e.d.f.g.b .g.k. ⁊ subtēdant cis tres bases que sint. b.c.e.f.b.k. Ex his ergo tribus basibus triangulū aio constitui posse. Esto enim angulus. b.a.l. equalis angulo. d. ⁊ linea. a.l. lince. d.e. ⁊ protrahantur. l.b. l.c. eritqꝫ ex. 4. primi linea l.b. equalis lince. e.f. ex ypothesi vero ꝓstat totalem angulū. a. esse maiorem angulo. g. erant enim quiqꝫ duo ex tribus angulis. b.a.c.d. ⁊ g. tertio maiores igit ex. 24 primi linea. l.c. linea. b.k. ē maior. cunqꝫ sint ex. 20. primi due lince. l.b. ⁊ b.c. maiores linea. l.c. sequitur duas lineas. l.b. ⁊ b.c. esse multo fortius maiores linea. b.k. quia igitur. l.b. est equalis. e.f. erunt due lince. b.c. ⁊ e.f. maiores lince. b.k. Constat itaqꝫ hoc modo quasqꝫ duas lineas ex tribus lineis. b.c.e.f. b. k. esse longiores tertia: igit ex. 22. primi constat verum esse qd̄ dicitur: hoc dūtaxat addito q̄ si duo anguli. b.a.c. ⁊ d. pariter accepti sint equales duobus rectis erunt due lince l.a. ⁊ a.c. ex. 14. primi linea vna: que cum sit equalis ex ypothesi duabus lineis. g b. ⁊ g.k. que ex. 20. primi longiores sunt linea. b.k. cunqꝫ ex eadē lince due. l.b. ⁊ b c. sint longiores linea. l.c. sequitur vt prius. b.c. ⁊ e.f. piter acceptas ēē longiores b.k. At vero si duo predicti anguli sunt maiores duobus rectis: erunt ex. 21. primi due lince. a.l. ⁊ a.c. idcoqꝫ ⁊ due. g.b. ⁊ g.k. breuiores duab⁹ q̄ sūt. l.b. ⁊ b.c. quare vt prius. b.c. ⁊ e.f. pariter accepte sunt longiores linea. b.k.

Propositio .23.

Tribus angulis supficialibus propositis quorꝫ quiqꝫ duo piter accepti tertio sunt maiores omnes aut tres simul quatuor rectis angulis minores: ex tribus illis equalib⁹ qualescunqꝫ sint solidum angulum constituere.

¶ Sint ꝓpositi tres anguli supficiales qui sunt. a.b.c. de tribus illis equalibus volumus vnū solidū angulū constituere oportet: igit ex. 21. b⁹ vt quiqꝫ duo corꝫ pariter accepti tertio sint maiores ⁊ ex. 21. huius vt omnes piter accepti quatuor rectis angulis sint minores ex ipsis itaqꝫ sint hec posita: latera vero eos continētia cuncta adinuicem sint equalia eisqꝫ subtendantur tres bases ⁊ ipse sint d.e.e.f. ⁊ f.d. eritqꝫ ex premissa possibile de tribus lineis his basibus equalib⁹ triāgulum constitui. Sit igit ex eis cōstitut⁹ ꝑm doctrinā. 22. primi triangulus. d.e.f. constitutus: cui sicut docuit quinta quarti circūscribat circulus. d.e. f. supra centrum. g. ⁊ ꝓtrahāt: g.d. g.e. g.f. que cū sint adiuicē ēqles ex diōne circuli lateraqꝫ

tres ꝓpositos angulos ambientia equalia ex ypothesi necesse est vt eaꝝ quelibet quolibet illorum laterũ sit minor equalé aũt aut maiorẽ esse est impossibile Si enim linea exiens a centro.g.ad circũferẽtiam circuli.d.e.f.esset equalis alicui lateꝝ.a.d a.e.b.e.b.f.c.f.c.d.sequeretur propterea que posita sũt annuente.s.primi tres angulos.a.b.c.ꝓpositas esse equales tribus angulis.d.g.e.e.g.f.f.g.d. cũq; hi tres sint equales quatuor rectis angulis vt facile p; ex.13.primi:protracta paulisp vna lineaꝝ exentiũ a centro ad circũferentiam in continuum ⁊ directũ:essent etiã tres anguli.a.b.c.equales etiã quatuor rectis qd̃ est cõtra posita. Qd̃ si esset maior superpositis tribus triangulis quorum sunt anguli.a.b.c.trib⁹ triãgulis dividentibus triangulum.d.e.f. vnoquoq; illi cũ quo cõicat in basi itaq; bases supponant̃ basibus equales videlicet equalibus ⁊ anguli.a.b.c.cadant ad ꝑtem puncti. g. sequerẽt̃ ex.21.p̃mi tres ãgulos.a.b.c.esse maiores trib⁹ qui sũt.d.g.e. e.f.g.f. g.d. cẽnt itaq; maiores q̃tuor rectis qd̃ ẽ ampli⁹ ꝓtrariũ positis Relinquit̃ itaq; vnũquodq; ex sex lateribus tres ꝓpositos angulos ãbientibus maius esse linea egredi ente a centro.g.ad circũferentiã.d.e.f.ideoq; etiã potentius. Sit igitur potentius i linea.g. h.que sit scõm.12.h⁹ orthogonaliter erecta sup supficiẽ anguli vel circuli d.e.f.demittãturq; tres ypothenuse.h.d.h.e.h.f.quas dico cõtinere angulos tres superficiales equales tribus propositis constituentes angulũ solidum in puncto.h cũ enim quadratũ linee.a.d.sit equale duob⁹ quadratis duaꝝ lineaꝝ.d.g.⁊. g.h.ex ypothesi At quadratũ linee .d.h.sit equale eisdẽ ex penultima primi necesse est lineã.a.d.esse equalem linee.d.h eodẽq; modo ⁊ lineã.a.e.linee.e.h.igit̃ ex.8.p̃mi cũ bases etiã sint equales erit angulus.a.equalis angulo.d.h.e .sil̃r quoq; nõ erit angulus.h.equalis angulo.e.h.f.⁊ angulus.c.equalis angulo.f.h.d. quare cõstat factũ eẽ quod facere disposuimus.



Propositio .24.

Si superficiebus equidistantibus solidum cõtineatur eius opposite supficies sibi inuicẽ equales sunt ⁊ equidistantiũ laterum. Quicquid dicant alij solidũ equidistantibus superficiebus contentum superficiebus paribus necesse est cõtineri que sicut cẽ nõ possunt pauciores sex ita possunt esse in omni numero pari senarium excedente. Constat enim columnã exagonã posse. 8.superficiebus que binꝰ bine opposite sibi inuicem equidistant contineri:sic quoq; octogonã.10.⁊ decagonam.12.⁊ ad istaꝝ similitudinẽ in infinitũ.s; hoꝝ omniũ solidoꝝ equidistantibus superficiebus contentoꝝ que infinita esse pronuncio solũ illud dicit̃ paralellogrammũ cuius omnes superficies ipsũ ambientes palellograme sunt ⁊ istud sex superficiebus duntaxat necesse est ambiri:de tali itaq; qd̃ sex tm̃ supficiebus ambit̃ dico debere iteliigi q̃ hec.24.ꝓponit:sic igit̃ tale solidum corpus.a.b.cuius omnino superficies fac vt solido habitu mente cõprehendas:patebitq; tibi vnãquãq; carũ quatuor ex reliquis secare cuius quatuor latera cum sint cõmunes sectiones ipsius secantis ⁊ quatuor sectaꝝ. Sint autẽ ille quatuor secte bine ⁊ bine ꝑm q̃ adinuicem opponunt̃ equidistantes ex ypothesi:sequit̃ ex.16.bis assumpta ut quatuor latera hui⁹ supficiei secantis ⁊ quatuor sectaꝝ sint adinuicẽ bina ⁊ bina equidistãtia. Cõstat itaq; scõm. At vero ex.34.primi manifestũ ẽ oia latera opposita istaꝝ sex supficieꝝ eẽ equalia:erũt igit̃ bina latera angulũ planũ cõtinẽtia cuiusq; eaꝝ equalia binis lateribus angulũ planũ in supficie sibi opposita ꝓtinentib⁹.anguli quoq; ab illis binis ⁊ binis lateribus ꝓtenti equales p.10.h⁹: igit̃ ex ꝓuerbia penultime cõis



scie in primo libro posite necesse est quasq; duas superficies in solido.a.b.oppo/
sitas esse sibi inuicē equales qd est propositū. Propositio .25.



Si superficies quedā secet solidū paralellogramū eqdistā/
ter duabus ipsius solidi supficiebus oppositis duo partia
lia corpora que ad illam secantem superficiē velut ad cō/
munē terminū copulant suis basibus sunt proportionalia
Sit corpus.a.b.solidū palellogramū ⁊ secet ipsum supficies.c.d.
equidistanter duabus eius oppositis supficiebus que sunt.a.c.⁊.f.b.⁊ sit supficies
g.b.basis ipsius solidi.a.b.de qua constat per premissā q ipsa sit equidistantium
latex ⁊ sit cōis sectio duax supficiex.c.d.⁊.g.b.linea.b.d.de qua constat p. .bu/
ius q ipsa sit linea recta ⁊ p.16.huius q ipsa sit equidistans.g.e. idcoqz sunt due
superficies.g.d.⁊.b.b.equidistantiū latex ⁊ ipse sunt bases duox ptialiū corpox
in que supficies.c.d.diuidit solidum.a .b. dico itaqz q ꝓportio solidi.a.d.ad soli
dū.b.c.ē sicut basis.g.d.ad basim.b.b.protrahant enī vtrinqz quātū libuerit.qua
tuor linee penetrantes supficiē.c.d. sup eius angulos ⁊ ipse sunt.a.f.⁊.e.b.cū dua
bus reliquis sibi equidistantibus. Sumantq; ex eis omnib⁹ portiones ex pte pun
cti.b.quot libuerit que ponant singule eqles linee.b.d. ⁊ ex parte puncti.c.alie silr
quot libuerit que ponant equales linee.e.d.sup quas vtrinqz ꝓstituāt solida palel
lograma scōm suax longitudinē exigentiū. Sintqz ex pte puncti.b.solida.f.k.⁊.l.
m.⁊ ex pte puncti. e.solida. a.n.⁊.q. a.critqz ex dione corpox equaliū atqz simi/
liū vnūqdqz solidox.f.k.⁊.l.m.equale solido.c.b. ⁊ vnūqdqz.a.n.⁊.p.q. ē equale
a.d.fiat igit argumētū quēadmodū i prima sexti ē enī solidū.c.m.ita multiplex so
lidi.b.c.sic basis.b.m.basis.b.b.⁊ solidū.q.c.ita multiplex solidi.a.d.sic basis.q.b
basis.g.d.⁊ si basis.b.m.ē eqlis basi.q.b.solidū.e.m.est eqle solido.q.c.ex dione
corpox equaliū atqz similiū ⁊ si basis ē minor basi ⁊ solidū ē min⁹ solido ⁊ si maior
mai⁹ qd pz ex dione eadē res ecata maiori basi ad eqlitatē minoris ⁊ descripto sup
eam solido palellogramo.it aqz ex dione icōtinue ꝓportionalitatis ꝓportio solidi
a.d.ad solidū.c.b.sicut basis.g.d.ad basim.b.b.qd est ꝓpositū. Qd si superficies
aliqua secet corpus seratile equidistanter duabus eius triangularibus supficiebus
oppositis duo partialia corpora que ad illā secantē superficiē velut ad cōem termi
num copulant suis basib⁹ erūt proportionalia. Sit enī.a.f.corpus seratile cuius
sint due trigone supficies.a.b.c.d.e.f. Cōstat igit ex dione seratilis vnāquāqz tri
um supficiex que sunt.a.b.d.e.b.c.e.f.a.c.d.f.ē paralellogramū: secet igit supfi/
cies.g.b.k. istud seratile equidistanter duabus eius oppositis supficiebus q̄ sunt
a.b.c.d.e.f.dico q ꝓportio seratilis.a.k.ad seratile.g.f.ē sicut basis.a. k.ad ba/
sim.g.f.qd sicut de solidis palellogramis ꝓbat ꝓtractis enī in vtrāqz ptē lineis.a
d.b.e.c.f.factisqz inter eas ex pte puncti.e.seratilibus equalibus seratili. g.f. ⁊ ex
pte puncti .b.alijs equalibus seratile.a.k.vtrinqz quouis numero ex dione incon
tinue ꝓportionalitatis.si cuncta vigili mente plustres nō erit tibi difficile cōclude/
re quod diximus. Propositio .26.



Super datum punctū date linee angulo solido proposito
equalē angulū solidū constituere. Solidus angulus
propositus sit.a.qui cōtineat tribus lineis.a.b.a.c.a.d.tres super/
ficiales angulos ipsū solidū pficientes cōtinentib⁹ cui sup punctū.e.
linee.e.f.ꝓposite que ad libitū ꝓponentis iaceat:aut in sublimi cōsurgat iubemur

equalē angulum solidū cōstituere qualiscūqz sit situs linee.e.f.a puncto.g.vbicūqz volueris signato: ꝓducito lineā.g.e.cruntqz ex scōa b⁹ due linee.e.f.ꝛ.g.e.ī supfi/cie vna.in hac itaqz superficie super punctū.e.datū in assignata linea scōm ꝓsilium 23.primi constitue angulū equalē angulo.b.a.c.ꝛ ipse sit.f.e.g. deinde ex linea.a.d.abscinde lineam.a.b.sicut volueris ꝛ a puncto.b. producito perpendicularem b.k.ad superficiē in qua sunt due linee.a.b.ꝛ.a.c.qō qualiter faciendum sit.11.huius docuit:nec sit igitur tibi cura de puncto .k. Nihil enī refert vtꝫ ꝑpendicularis b.k.occurrat supficiei in qua sunt due linee.a.b.ꝛ.a.c.inter ipsas lineas aut extra aut in eaꝫ altera ducito tñ lineā.a.k.positoqz puncto.l.in linea.a.b.vbicūqz volueris ꝓtrahe lineas.k.l.ꝛ.l.b.ꝛ pone angulū.f.e.m.in supficie lineaꝫ.e. f.ꝛ.e.g. equalē angulo.b.a.k.ꝛ lineā.e.m.equalē linee.a.k.ꝛ ex linea.e.f. sume lineā .e.p. equalē linee.a.l.ꝛ a puncto.m.educ lineā.m.n.ꝑpendicularē ad superficiē in qua sunt due linee.e.f.ꝛ.e.g.ꝛ pone eā equalē.b.k.ꝛ protrahe lineas.e.n.n.p.ꝛ.p.m. dico igitur tres lineas.e.f.e.g.e.n.cōtinere angulū solidū in puncto.e.equalē angu/lo.a.proposito: cū sint enī ex ypothesi duo latera.a.k.ꝛ.k.b.triāguli.a.k.b.equalia duobus lateribus.e.m.ꝛ.m.n.trianguli.e.m.n.ꝛ anguli qui sunt ad.k.ꝛ ad.m recti ex diffinitione linee perpendiculariter erecte supra supficiē erunt ex quarta p/mi due linee.a.b.ꝛ.e.n.equales:per eandē quoqz erunt due linee.k.l.ꝛ.m.p.equales.ideoqz etiā ꝑ eandē.b.l.ꝛ.n.p.equales:cum sint.b.k.ꝛ.k.l.equāles.m.n.ꝛ.m p.ꝛ anguli.b.k.l.ꝛ.m.n.p.recti ꝑ.s.igitur primi erit angulus.n.e.p. equalis angu/lo.b.a.l. Simili quoqz modo ꝓbabis angulū.g.e.n.esse equalē angulo.e.a.d.constat itaqz nos effecisse qō volumus:huic si studiosus institeris quotcūqz lateribus a.solidus angulus ꝓpositus cōtineat qō a te petit sine offēdiculo perficere poteris



Propositio .27.

Super assignatā lineam dato solido equidistantium supficierum simile solidum constituere. Sit assignata linea.a .b.de cuius situ vtrū in plano iaceat vel sursum exurgat nihil curet:sitqz assignatū ꝑallelogramū solidū corpus.c.d.cui sup lineā.a,b.iubemur simile solidū fabricare. Sint igitur tres linee ꝓtinentes superficiales angulos ex quibus ponit solidus angulus.c.inscripte litteris.c.e.c.f.c.g. At scōm p/cepta premisse super punctū.a.linee.a.b.cōstituat angulus solidus equalis. c.quē cōtineat tres linee.a.b.a.h.a.k.ꝛ auxilio. 10.sexti sit ꝓportio.c.e.ad.a.b.ꝛ.e.f.ad a.h.ꝛ.g.c.ad.a.k.ꝓportio vna : deinde a trib⁹ punctis.b.h.k.ꝓtrahant sex linee h.l.equidistans linee.a.b.ꝛ.h.m.equidistans linee.a.k.itez.b.l.equidistās linee a.h.ꝛ.h.n.equidistans linee.a.k.rursus quoqz.k.n.equidistans.a.b.ꝛ.k.m. equidistans.a.h.amplius aūt ꝓtrahant.m.p.equidistans.h.l.ꝛ.p.l.equidistans.h.m ꝓtrahat quoqz ꝛ linea.p.n .eritqz cōpletū solidū ꝑallelogramū.a.p. quod dico esse simile solido.c.d.hoc aūt ex dione silium supficiez ꝛ dione silium corpoz si earum memineris facile cōcludes.

Propositio .28.

Si supficies aliqua solidū ꝑallelogramū sup duas quaslibz oppositas supficies eius terminales ꝛ sup eaꝫ duas diametros secet eādē supficiē corp⁹ illud ꝑ equalia secare necesse est. Sit corpus.a.b.solidū ꝑallelogramū de quo sit positum ꝙ supficies.a.b.c.d.secet ipsū sup diametros duaꝫ superficierū oppositaꝫ ipsū solidū terminātiū q̄ sint .a. d.ꝛ.c.b .dico ꝙ ipsa dividit istud solidu







ppositū per equalia. cōstat eni q ipa diuidit illud solidū in duo seratilia quoꝝ sup ficies quadrilateras binas ⁊ binas ad inuicē relatas scōm q ipse sunt opposita la/ tera solidi ppositi manifestū ē ex. 24. hui⁹ eē equales cū solidum de quo loquimur positū sit esse palellogramū: ex eadē quoqꝝ ⁊. 41. primi cōstat trilateras supficies di ctoꝝ seratiliū esse equales: igit a dione solidoꝝ equaliū liquet quod propositum est

Propositio .29.

Uncta solida equidistantium superficieꝝ eque alta atqꝝ ī eadē basi sup vnā lineā constituta probantur esse equalia.

Hecꝝ ē q solida equidistantiū lateꝝ eque alta siue iter supficies eq distantes super vnā ⁊ eādē basim cōstituta sunt adinuicē equalia si/ cut de superficiebus equidistantiū lateꝝ super vnā basim ⁊ inter line as equidistantes ꝓstitutis ut in. 35. primi demonstratū est. sed talium solidoꝝ que dā dicunt constitui super lineā vnā ⁊ sunt illa quoꝝ suppremaꝝ supficieꝝ duo op/ posita latera sunt ꝑm rectitudinē ptracta linea vna: ⁊ de talibus hec. 29. proponit demonstrandū ipsa oia esse equalia adinuicem. sunt aūt coꝝ alia que nō dicuntur cōstituta super lineā vnā ⁊ sunt illa quoꝝ suppremaꝝ superficieꝝ duo latera oppo sita quecūqꝝ sumant ꝑm rectitudinē ptracta nō sunt linea vna ⁊ de talib⁹ sequens demonstrandū pponet ipsa quoqꝝ oia ē adinuicē equalia. Sint itaqꝝ duo solida palellograma eque alta siue inter supficies equidistantes. a. b. ⁊. a. c. cōstituta sup vnā basim que sit. a. d. quoꝝ suppreme supficies sint. e. b. ⁊. f. c. Sintqꝝ haꝝ supp/ maꝝ supficieꝝ duo latera opposita cū scōm rectitudinē ptrahant linea vna ⁊ ipsa sunt. e. f. ⁊. b. c. dico itaqꝝ q solida. a. b. ⁊. a. c. sunt equalia: hoc aūt si figurā ei⁹ ꝑm q oportet actu vel cogitatione fabricaueris ⁊ quēadmodū in. 35. primi processeris idem faciens hic de seratilibus qd ibi de triangulis facile cōcludere poteris occur/ runtqꝝ tibi hic eedem diuersitates in solidis que ibi in supficieb⁹ occurrisse nouisti

Propositio .30.

Uncta solida equidistantiū supficieꝝ eque alta que ī eadē basi nō aūt sup lineā vnā fuerint ꝓstituta pbant esse eqlia.

Sint nūc duo solida palellograma eque alta siue inter supficies eq distantes sintqꝝ sup vnā ⁊ eādē basim sed nō sup lineā vnā ꝓstituta: dico iteꝝ ea ē equalia. Esto eni duo solida palellograma. a. b. ⁊. a. c. eque alta siue inter supficies equidistātes ꝓstituta sup vnā basim que sit. a. d. ſz nō super vnā lineā: sintqꝝ coꝝ suppreme supficies. e. b. ⁊. f. c. quaꝝ opposita latera ꝑm rectitudinē ptracta nō erūt linea vna. cūqꝝ ipsa ex ypothesi sint ī vna superficie eo q solida proposita sunt inter superficies equidistnates: necesse ē vt duo latera vni us earum ptracta scōm rectitudinē secēt duo alterius eaꝝ ptracta scōm rectitudi/ nē: protrahāt itaqꝝ duo opposita latera superficici. e. b. que sint. e. g. ⁊. h. b. ⁊ duo opposita superficici. f. c. que sint. k. f. ⁊. c. l. ⁊ secent se sup quatuor pūcta. m. n. p. q eritqꝝ superficies. m. n. p. q. equidistantiū lateꝝ equalis vnicuiqꝝ triū superficierū. quaꝝ vna ē basis ppositis solidis cōis ⁊ ipsa ē. a. d. ⁊ due reliquē sūt suppreme su/ perficies eorundē solidoꝝ ⁊ ipse sunt. e. b. ⁊. c. f. ductis itaqꝝ lineis a quatuor pun/ ctis. m. n. p. q. ad quatuor angulos basis. a. d. sibi scōm directā habitudinē relatos/ q̄ sit. n. a. m. r. p. s. q. d. perfectū erit solidū paralellogramū. a. q. ī eadē basi cū vtro qꝝ duoꝝ prioꝝ ⁊ eque altū ⁊ sup lineā vnā cū vtroqꝝ ipsoꝝ: per premissaꝝ igit vtrū/ libꝝ duoꝝ solidoꝝ ppositoꝝ que sūt. a. b. ⁊. a. c. ē equale solido. a. q. p ꝓceptionem

ergo est solidũ.a.b.eq̃le solido.a.c.q̃re constat ꝓpositũ. ¶ Potes quoqꝫ ꝓuersas huius ⁊ premisse ꝓbare si libet ducendo ad impossibile:pones enim quelibet duo solida palellograma eē eq̃lia ⁊ ꝓstituta super eandē basim equidistãtia ⁊ demõstra/bis ea eē eque alta.Rursusq̃ hee ⁊ premissa tue demõstrationis mediũ:impossibile aũt ad quod duces erit:partē suo toti esse equalē:qõ euidenter patebit si de illo solido qõ altius eē mentiẽ aduersarius cũ tũ ambo posita sint equalia ⁊ sup eandē basim cõstituta vnũ solidũ paralellogramũ eque altũ demissiori abscideris : hoc autē abscisum equale esse demissiori cõuinces ex hac ⁊ premissa.ideoqꝫ ⁊ toti illi a quo ipsum abscideris ex cõi scia.

Propositio .31

Solida equidistantiũ supficiẽꝫ in basibus equis cõstituta si fuerint eque alta lineeqꝫ eius angulares supra bases orthogonaliter steterint erunt equalia.

¶ Et hoc quoqꝫ verꝫ ē q̃ oia solida paralellograma in equis basib⁹ atqꝫ inter superficies equidistantes siue eque alta constituta sunt ad inuicē equalia sicut de superficieb⁹ equidistantiũ laterũ super equales bases ⁊ inter lineas equidistãtes constitutis in.36.primi probatũ ē. Et taliũ solidorꝫ alta sũt quorꝫ angulares linee super suas bases orthogonaliter erigunt̃ de quib⁹ hec.31.ꝓponit demõstrandũ esse ea eē equalia. Alia vero sunt quorꝫ angulares linee super suas bases nõ sunt orthogonaliter erecte:de quibus sequẽs demõstrãdũ proponit ea eē equalia:intelligant̃ itaqꝫ super duas bases.a.b.⁊.c.d.que sint equales ⁊ equidistantiũ latꝫ nõ tũ vnius creationis.sed sit.a.b.tetragonus longus.⁊.c.d. simile helmuayn duo solida equidistantiũ laterũ cõstituta eque alta sintqꝫ linee erecte super angulos ꝓpositarꝫ basiũ ꝓpendiculares ad ipsas.dico hec duo solida ad inuicē esse equalia protrahant̃ itaqꝫ duo latera basis.a.b.⁊ sint illa que cõtinẽt angulum.b.vsqꝫ ad.f.⁊.e.⁊ fiat angulus.f.b.g.equalis angulo.c.basis.c.d. ⁊ sumãt̃ due linee.b.f.⁊.b.g.equales duobus lateribus basis.c.d.que cõtinent angulũ.c.⁊ perficiat̃ superficies equidistantium laterum.b.b.que erit equalis ⁊ silis basi. c.d. deinde ꝓtrahat̃.b.e.equidistans.b.f.⁊.f.k.equidistans. b.e. eritqꝫ quadrilatera superficies.b.k.equidistantiũ laterũ equalis.b.b.ex.35.primi:cũqꝫ.b.b.sit equalis.c.d.erit per cõceptionẽ.b.k.equalis.a.b. Cõpleat̃ itaqꝫ superficies equidistantium laterum.b.l.protracta linea.k.f.quousqꝫ cõcurrat cũ vno ex lateribus continentibus angulũ.a.in puncto.l.age ergo super tres superficies equidistantiũ laterum que sunt.b.b.b.k.b.l.cõstituãtur eque alta solida solido cõstituto super basim a.b.sintqꝫ linee omniũ solidorꝫ istorum erecte super bases perpendiculares ad ipsas ⁊ appellentur bases ⁊ solida super eas cõstituta eisdē nominibus .manifestum est ergo ex diffinitione solidorꝫ equalium atqꝫ similium q̃ duo solida.b.b .⁊.c.d. equalia atqꝫ similia sunt:de solidis aũt.b.b.⁊.b.k.constat ex.29.q̃ ipsa sũt equalia:sunt enim eque alta ⁊ cõstituta super vnã ⁊ eandē basim ⁊ ipsa ē superficies erecta super lineã.b.f.⁊ super lineã vnã:ē aũt ꝑ.25.proportio solidi.a.b.ad solidum b.l.sicut basis.a.b.ab basim.b.l.⁊ per eandem solidi.b.k.ad solidum.b.l.sicut basis.b.k.ad basim.b.l.cumqꝫ sit vtriusqꝫ duarum basium.a b.⁊.b.k.ad basim.b.l. vna proportio:ex prima parte.7.quinti erit vtriusqꝫ duorꝫ solidorum.a.b.⁊.b.k. ad solidum .b.l.proportio vna igitur ex prima parte noni quinti erunt duo solida.a.b.⁊.b.k.equalia: at quia solidũ.b.k.est equale solido.b.b.solidũq̃ꝫ.b.b.solido.c.d.sequit̃ ex cõi scia solidum.a.b.eē eq̃le solido.c.d.quod est propositum.



Propositio .32.

Si solida equidistantiũ superficiey in equis basibus constituta eque alta fuerint linee autẽ angulares supra bases orthogonaliter nõ steterint: ipsa eẽ equalia necesse est.

¶ Fabricatis duob⁹ corporibus vt proponitur videlicet q̃ sint equidistantiũ terminoy ⁊ eque alta ⁊ sup bases equas perpendiculariter nõ aũt super bases suas erecta sed ambo super eas inclinata. Si autem a quatuor angulis supremay superficiey ipsoy ad bases suas perpẽdiculares ducantur q̃ ex 6. erũt singulares equidistantes ⁊ etiã ex ypothesi singule singulis equales ipse cũ solidoy ꝓpositoy altitudinẽ diffiniunt: ⁊ si inter eas solida equidistantiũ laterum ꝓficiant constabit ex premissa hec duo solida vltimo constituta esse adinuicẽ equalia. Iunq; duoy prioy ⁊ duoy posterioy sint eedem bases videlicet coy superficies supreme: constat ex. 29. vel. 30. et hac cõmuni sciẽtia: quecũq; equalibus sũt equalia sibi inuicẽ sunt equalia vey esse qõ ꝓpositũ est. Ex his potes cõuersas huius ⁊ premisse eisdẽ mediantib⁹ indirecte demõstrare si libet eodẽ mõ ⁊ ad idẽ iõueniẽs sicut in cõuersis duay istas antecedentiũ deducẽdo: pones enim duo solida paralellograma eẽ equalia ⁊ sup equales bases ⁊ cõuinces ea esse eque alta vel pones ea eẽ eque alta ⁊ eq̃lia ⁊ cõuinces ea eẽ sup bases eq̃les.

Propositio .33.

Omnia solida equidistãtiũ superficiey eque alta suis basibus sunt proportionalia. ¶ Sint duo solida equidistãtiũ superficiey eque alta cõstituta super duas bases. a. b. ⁊ c. d. dico q̃ ꝓportio illoy duoy solidorum vnius ad alterum est sicut ꝓportio suarũ basium que sũt. a. b. ⁊ c. d. vni⁹ ad alterã. Cõstat quidẽ ex. 24. vtrãq; bay duarũ basiũ esse equidistantiũ laterũ: duo igitur latera opposita ⁊ equidistãtia in superficie. a. b. ꝓtrahant ⁊ inter ea fiat superficies equidistantiũ laterũ que sit. f. e. equalis. c. d. deinde supra supficiem. f. e. cõpleatur solidum palellogramum eque altũ ei qõ cõstitutũ est sup basim. a. b. sitq; amboy cõis terminus illa supficies que exurgit sup lineã. b. f. hec aũt solida ⁊ sue bases eisdem nuncupent nominibus. q̃ igit basis. f. e. ẽ equalis basi. c. d. erit ex. 31. vel. 32. solidũ. f. e. equale solido. c d. At q̃ totale solidũ. a. e. secat superficies exurgens super lineã. b. f. equidistanter duobus lateribus oppositis: erit ex. 25. ꝓportio solidi. f. e. ad solidũ. a. b. sicut basis. f. e. ad basim. a. b. cumq; sint. c. d. ⁊ f. e. tam bases q̃; solida equalia: bases quidẽ ex ypothesi: solida autẽ ex. 31. vel. 32. Sequitur ex. 7. quinti bis assumpta semel ꝑ basibus ⁊ semel ꝑ solidis q̃ solidoy. a. b. ⁊ c. d. basiumq;. a. b. ⁊ c. d. sit ꝓportio vna qõ demõstrare volumus: huius quoq; ꝓuersam eadẽ ipsa mediãte demõstrare quẽadmodũ ꝓuersas precedentiũ nõ ẽ difficile. pones enim duo solida palellogramma eẽ suis basibus ꝓportionalia ⁊ ꝓuinces ea eẽ eque alta abscisoq; ab eo qõ altⁱ⁹ mẽtiet aduersari⁹ vno solido palellogramo eque alto demissioni erũt abscissũ ⁊ demissi⁹ suis basib⁹ ꝓportionalia ex ypothesi ⁊ ex hac. 33. cũq; etiã eẽnt totale altⁱ⁹ a quo ꝑtiale abscidisti ⁊ ipsũ demissi⁹ eisdẽ basib⁹ ꝓportionalia ex ypothesi sequit ex ꝑma ꝑte. 9. quinti totale qõ aduersari⁹ dicit altⁱ⁹ ⁊ ꝑtiale qõ ab eo abscidistiesse equalia.

Propositio .34.

Si duo solida equidistantiũ superficiey lineis altitudinum super bases orthogonaliter erectis fuerint equalia eorũ; bases eorũdẽ altitudinibus mutuas esse. Si vero fuerint





due bases suis altitudinib⁹ mutue ipsa solida sibi inuicē equalia esse ne cesse est. ¶ Quocunq3 sint duo solida equidistantiū superficiex equalia eox ba/ ses ⁊ altitudines necesse est esse mutekesias ⁊ econuerso quēadmodū de superficie/ bus equidistantiū latex equiangulis. 13. sexti ꝓposuit. Attamē hac. 34. istud demō strandū proponitur de illis solidis palellogramis in quibus linee altitudinum suis basib⁹ palellogramis orthogonaliter insistūt. ea vero que sequit ꝓponit idē de ce/ teris. Sint ergo nūc duo solida palellograma. a. b. ⁊. c. d. equalia quox bases sint a. c. ⁊. c. f. linceq3 altitudinū ipsox sint super has bases orthogonaliter erecte ⁊ sit altitudo solidi. a. b. linea. e. b. ⁊ solidi. c. d. linea. f. d. si igitur fuerint due linee. e. b. ⁊. f. d. determinantes ipsox solidox altitudines equales adinuicē: cum ipsa quoq3 solida sint ex ypothesi equalia. erunt ex cōuersa. 31. bases eox que sunt. a. c. ⁊. c. f. eq̄ les. ideoq3 bases ⁊ altitudines erunt mutue: sicq3 cōstabit ꝓpositi prima ps. ⁊ ecō/ uerso cōstabit secda vt si altitudines ⁊ bases sint mutue: ponant̄ altitudines equa/ les erūt quoq3 bases equales. ideoq3 p. 31. ⁊ solida equalia ⁊ sic cōstat secunda ps. At vero si linee. e. b. ⁊. f. d. nō fuerint equales sit. f. d. maior ⁊ ex ea resecet̄. f. g. ad equalitatē. e. b. tribusq3 ceteris lineis que sunt altitudinis solidi. c. d. ad eādē men/ surā in punctis. b. k. l. resecatis perficiat̄ solidū palellogramū. c. g. eque altū solido a. b. eritq3 ex premissa. a. b. ad. c. g. sicut. a. e. ad. c. f. cū itaq3. c. d. sit equale. a. b erit ex prima pte. 7. quinti. c. d. ad. c. g. sicut. a. e. ad. c. f. p premissā aūt ē ꝓportio. c. d. ad. c. g. sicut. m. f. ad. f. l. qō p3 si vna ex lateralib⁹ supficieb⁹ solidi. c. d. ⁊ ipsa sit. f. m. intelligat̄ basis ipsi⁹. at per primā sexti. f. m. ad. f. l. sicut. d. f. ad. f. g. ideoq3 per 7. quinti. sicut. d. f. ad. b. e. igit̄. a. c. ad. c. f. sicut. d. f. ad. b. e. cōstat itaq3 prima ps. Secdam ptē cū sit cōuersa prime cōuerso mō ꝓbabis: sit eni eadē dispositione ma/ nente ꝓportio. a. c. ad. c. f. sicut. d. f. ad. e. b. dico tunc solida. a. b. ⁊. c. d. eē equalia: erit eni ex. 7. quinti. d. f. ad. f. g. sicut. a. e. ad. c. f. sed ex p̄missa ē. a. b. ad. c. g. sicut a. e. ad. c. f. igit̄ ē a. b. ad. c. g. sicut. d. f. ad. f. g. ex prima aūt sexti ē. d. f. ad. f. g. sicut m. f. ad. f. l. ⁊ ex p̄missa. c. d. ad. c. g. sicut. m. f. ad. f. l. itaq3. c. d. ad. c. g. sicut. a. b. ad. c. g. igit̄ ex. 9. 5. a. b. ⁊. c. d. sūt eq̄lia: qō ē propositū.

Propositio .35.

Si duo solida equidistantiū terminox fuerint equalia eox bases eorūdē altitudinibus erūt mutue. Si vero bases sue altitudinibus suis mutue fuerint quelibet duo corpa equi/ distantium superficierum probātur esse equalia.

¶ Qō premissa ꝓposuit de solidis palellogramis quox linee altitu/ dinū super bases suas orthogonaliter exurgunt. hec. 35. ꝓponit indistincte de om nibus: demōstrare aūt cōuenit hāc ex premissa quēadmodū demonstrauim⁹. 32. ⁊ 33. Fabricatis eni duobus solidis equidistantiū laterū quibuscūq3 si linee altitu/ dinū suis basibus orthogonaliter insistunt: cōstat vex esse qō dicit̄ ex p̄missa. Sin autē a quatuor angularib⁹ punctis supprematx supficiex in vtroq3 solido quaterne linee demittant̄ perpendiculariter ad bases vel a punctis angularibus infimarum supficiex quaterne erigant̄: iter quas duo solida palellograma pficiant̄ eque alta so lidis prioribus. eruntq3 ex. 29. ⁊. 30. hec duo solida duobus prioribus solidis equa lia. cum igitur horum ⁊ eorū sint eedē bases ⁊ eedē altitudines: sit aūt ex premissa de posterioribus verum est quod hec. 35. proponit verum erit idē etiā de prioribus

Propositio .36.





Si duo solida equidistantium superficierum fuerit similia proportio erit vtriusq; ad alterū tanq; cuiuslibet sui lateris ad suum relatiuum latus alterius ꝓportio triplicata.

¶ Sint enī duo solida .a.b.ꝛ.c.d.palellograma ꝛ silia: dico ꝙ ꝓportio vnius corꝑ ad alterꝑ ē sicut vnius lateris eius ad vnū latus alteri⁹ qd̄ sib i referī ꝓportio triplicata: quēadmodū duaꝑ supficieꝑ silium ꝓportio est sicut suoꝑ relatiuoꝑ lateꝑ ꝓportio duplicata ut in. 18. sexti demonstratūē. nā si solida.a.b.ꝛ.c.d. fuerint equalia cū ipsa ponanī silia erunt ex diffinitiomb⁹ siliuꝫ corporū ꝛ similiū supficieꝑ cuncta latera vnius equalia suis relatiuis lateribus alteri⁹ ideoq; cū duaꝑ quantitatum equaliū ꝓportio triplicata aut quotienslibet sumpta nō efficiat nisi equalitatis ꝓportionē: constat in hoc casu veꝑ cē qd̄ proponīt. Si autē inequalia: sit .a.b. maius cuius longitudo sit.b.c. latitudo. c.f. altitudo. f.a. basis.c.r.ꝛ supprema superficies.a.n. Solidi vero.c.d. sit longitudo.d.g. latitudo g.h. altitudo.h.c. cōstat itaq; ex dione similiū corporꝑ ꝛ ex diffinitione similiū supficierū ꝛ p̄senti ypothesi ꝙ ꝓportio.a.f.ad.c.h.ꝛ.f.e.ad.h.g.ꝛ.e.b.ad.g.d. sit ꝓportio vna. sumat igit ex linea.a.f. quā manifestū ē ēe maiorē.c.h. linea. f.k. equalis.h.c. cetereq; tres determinantes altitudinem solidi.a.b. resecentur ad equalitatem eius ꝛ inter eas cōpleatur solidū palellogramū. k.b. eque altū solido.c.d.ꝛ ꝓtrabant due linee basis.e.b. vsq; ad.l.ꝛ.r.b. vsq; ad.m. sitq; .b.l. equalis.g d.ꝛ.b m. equalis.h.g.ꝛ perficiat supficies equidistantiū laterū.m.l. que erit equalis ꝛ similis.h.d. sup eā igit erigat solidū palellogramū .p.q. ſm altitudinē prescisam ex altitudine solidi.a.b. eritq; .p.q. equale ꝛ sile solido.c.d. rursusq; inter lineas.r .b. ꝛ.b.l. pficiat superficies equidistantium laterum.b.t. sup quā quoq; erigatur solidū paralellogramū.x.l. eque altū vtriq; duoꝑ solidoꝑ.k.b.ꝛ.p.q. replendo alterutrum duoꝑ anguloꝑ hyantium inter ea: cū aūt duo solida.a.b.p.q. sint silia eo ꝙ ābo posita sint silia solido.c. d. corpa vero vni ꝛ eidē corpori silia iter se sunt silia vt ꝓ ex dione silium corporꝑ ꝛ.20. sexti manifestum ē ex.25. ter assumpta ꝙ inter duo solida.a.b.ꝛ.p.q. ſm continuā ꝓportionalitatē cadunt duo solida. k.b.ꝛ.x.l. opportune ergo cōstituta vel constructa figura: ypotesibusq; memorie firme commendatis ex prima sexti facile ꝓcludes propositū. Excute tempore ꝛ diligenter attē de sciesq; ex.25. huius ꝓportionē solidi.a.b. ad solidū.k.b. eē sicut supficici .a.r. ad superficiē.k.r. iōq; ex prima sexti sicut linee.a.f. ad lineā.k.f.ꝛ ꝓportionē solidi.k.b. ad solidū.x.l. sicut supficici.k.r. ad supficiē. x.t. iōq; sicut linee.f.r. ad lineam.r.t.ꝛ ꝓportionē solidi.x.l. ad solidū.p.q. sicut superficiei.r.l. ad supficiē. l.m. ideoq; sicut linee.r.b. ad lineā.b.m. Ex ypothesi vero liquet ꝙ ꝓportio linee.f.r. ad lineā.r.t.ꝛ linee.r.b. ad lineā.b.m. ē sicut linee.a.f. ad lineā.k.f. itaq; ex dione ꝓportionis triplicate posita in ꝓbemio quinti: cōstat ꝙ ꝓportio solidi.a.b. ad solidum.p.q. ideoq; etiā ad solidū.c.d. ē sicut linee.a.f. ad lineam.k.f. triplicata ꝛ qꝛ linea.k.f. posita est equalis linee.c.h. ꝓ veꝑ esse quod dicīt. ¶ Scire aūt oportet ꝙ quicquid p̄ hanc.36. ꝛ p̄.7. eā cōtinue precedentes demonstratū ē de solidis palellogramis. idē quoq; veꝑ ē de seratilibus quoꝑ bases cōiter sunt trigone aut cōmuniter tetragone. hoc aūt ex.28.ꝛ hac.36. ꝛ.7. eā cōtinue precedentibus cōstabit ingenioso inspectori. Si enī fuerint seratilia quelibet eque alta sup eandē basim vel sup bases equales coiter tñ trigonas aut cōiter tetragonas cum ipsa sint dimidia solidoꝑ paralellogramorum suarum altitudinū ex.28. ipsa erūt equalia ex.29.ꝛ trib⁹

eā sequētibus: ex his enī constat solida paralellograma ipsis seratilibus dupla eē equalia. Silr qnoqz si fuerint duo seratilia sup bases cōiter ēgonas aut cōiter tetragonas eque alta ipsa erunt suis basibus ꝓportionalia quēadmodū de solidis paralellogramis ex. 33. habet ipsa enī sunt ex. 28. dimidia solidoꝝ palellogramorum sue altitudinis: solidoꝝ aūt palellogramoꝝ sue altitudinis corūqz basiū ē vna proportio ex. 33. cum itaqz sit solidoꝝ paralellogramoꝝ ꝓportio sicut seratiliū q̄ sicut simplū ad simplū sic duplū ad duplū ex. 15. quinti atqz basiū solidoꝝ paralellogramoꝝ ē proportio sicut basiū seratiliū: aut enī eedē erūt bases seratiliū ⁊ solidorum paralellogramoꝝ: ⁊ hoc quidē erit cū bases seratiliū fuerit tetragone tunc enīm ex seratilibus super easdē bases erūt solida palellograma cōplenda: aut bases seratilium erūt subduple ad bases solidoꝝ palellogramoꝝ: ⁊ hoc quidē erit cū bases seratilium fuerint cōmuniter trigone: tunc enī erunt ex seratilibus solida palellograma cōplenda adiunctis ad bases seratiliū superficiebus trigonis vt fiant bases seratiliū cū ēgonis adiūctis supficieb⁹: supficies eqdistātiū laterū. seqt̄ ut sit ꝓportio seratiliū sicut suaꝝ basiū. Eodēqz mō si seratilia fuerint eqlia fueritqz cōmuniter super bases trigonas vel cōiter super bases tetragonas: bases coꝝ altitudinibus ipsorum mutue erunt. Qd̄ si bases coꝝ suis altitudinibus fuerint mutue ipsa seratilia erunt equalia quēadmodū de solidis palellogramis. 34. ⁊ 35. ꝓponunt: hoc autem facile pz ex his que dicta sunt in. 35. si vero seratilia fuerit adinuicē silia: erit proportio vnius ad alterū. sicut ꝓportio lateris vni⁹ ad suum reliquum latus alterius ꝓportio triplicata: quēadmodū de solidis palellogramis. 36. ꝓponit qd̄ ex eadem 36. facile tibi patebit. si ex illis seratilibus silibus solidis palellogramis completis. solida ipsa probaueris esse similia: qd̄ ex diffinitione similiū corporꝝ ⁊ silium superficierum ⁊ ex hoc q̄ seratilia ponunt̄ adinuicē silia ex. 34. primi leue ē negociari.

Propositio .37.

